540

# ANTICHRISTUS ROMANUS,

In proprio suo nomine, numerum illum Apocalypticum (DCLXVI) continente

*Proditus; &*
*In honorem ac laudem*

## SERVATORIS NOSTRI DOMINI JESU CHRISTI

*SUMMI ATQUE UNICI ECCLESIAE PONTIFICIS,*

Cujus ille Cathedram impostorie occupatam sibi vendicat;

*Publicatus*
*Et S. Ecclesiae Catholicae (non quae vulgo nunc Romana) judicio subjectus, per*

ANDREAM HELVIGIUM
FRIDLANDENSEM

*D. Hieronym. in Apologetico ad Domnionem:*
*Non mihi respondeat, cujus me authoritas opprimere potest, docere non potest.*

VVITTEBERGAE.
Typis Laurentij Seuberlichs.

*Anno M. DC. XII.*

# DECANVS ET RELIQVI PROFESSORES ET DOCTORES FACVLTATIS THEOlogicæ in Academia Rostochiensi.

S.

QVod serius quàm par erat ad litteras tuas respondeamus, Vir clarissime & humanissime, veniam, pro humanitate tua, nobis dabis, quos ignorare minimè potes, officii ratione variis negotiis, laboribus & molestiis ita quotidiè distrahi, & tantum non interdum obrui, ut, prout debemus, & vellemus etiam, omnibus omnia facere, suo loco, & tempore, vix sufficiamus. Tractatum tuum de nomine AntiChristi, ante octennium præterpropter excusum plerique jam ante vidimus & legimus, & studium & industriam tuam, prout debuimus, meritò omnes approbavimus. Tractatum illum sub incudem revocatum, & adjunctis ejusdem

argumenti non pœnitendis auctariis pleniorem & perfectiorem jam redditum nostræ censuræ & judicio submittere tibi visum est & nostri quasi arbitrii facere, ut vel denuò publici juris fiat, & clariorem, quàm antè, lucem videat, vel perpetuò premarur. Agnoscimus tuum in nos amorem & observantiam, quibus nos tibi vicissim devinctos & obligatos esse libenter confitemur. Jam ad Tractatum illum tuum quod spectat, honestissimæ voluntati & petitioni tuæ perlubenter paruimus & illum singuli, qua par est diligentiâ, in timore Dei perlegimus & expendimus, & judicamus Sacrum illud Problema à te exactè & feliciter tractatum esse, teq; illius hominis peccati, & filii perditionis, & Bestiæ illius Septicollis urbi incubantis nomen, & numerum nominis divinitus, non minus verè, quàm ingeniosè [illegible] invenisse, aut proximè saltem ab illo abesse, inque illo argumento priorum, quos quidem nos viderimus, studia & conatus non obscurè superasse, eoque nomine ab universa Dei Ecclesia gratias tibi deberi. Porrò ad publicationem ejus quod attinet, arbitramur, illam cum multorum piorum fructu & utilitate fieri rectè posse;

imò

imò etiam debere. Cum omnium CHRISTI fidelium vel maximè intersit, illius Principis mundi vicarii παμβεβήλου παμβδελύκτου, qui se Filii Dei vicarium mentitur, nomen & iniquitatis mysterium nôsse, cavere & odisse. Cujus bestiæ odio nos & omnes bonos tecum impleat Deus, & amore sui. Benè & feliciter in Christo Iesu Vale. Rostochii 10. die Decembris, Anni 1608.

*Clarissimo Viro Dn. Andreæ Helvvigio &c.*

DEMONSTRATIO

# Nominis Antichristici, cui verè competit numerus ille mysticus in Apocalypsi cap. 13. versu ultimo.

ΑΦΟΡΜΗ ΖΗΤΗΣΕΩΣ

*PERARDUA QUAESTIO EST in Ecclesia CHRISTI, de Antichristo* venerit is, necne, & si venit iam, quodnam verum eius sit ac genuinum nomen, *a S. Iohanne in Apocalypsi praefiguratum, cui insit ille ibidem annotatus numerus triplicis senarii, 666.*

*Sanè Vulcanus ille Romanus Iesuita Robertus, in quinque suis commentariis de Rom. Pontifice libro tertio, qui totus in disputatione de Antichristo consumitur, capite 10. variis in medium productis Ecclesiae Doctorum de re sententiis, neque satis convenientibus inter se, tandem concludit pro salvando suo Pontifice verissimam esse sententiam eorum, qui ignorantiam suam fassi dicunt, adhuc ignorari nomen Antichristi: quod tamen olim futurum sit notissimum, ubi ille venerit. Unde argumentum insolubile confici putat, ad probandum, Romanum Pontificem non esse Antichristum, adeoque ipsum Antichristum nondum venisse.* Nam si (*inquit*) Antichristus venisset, atque is esset

Rom.

Rom. Pontifex, certò constare de nomine ejus, à Iohanne prædicto.

## ΠΡΟΒΛΗΜΑ.

*Sed quid, si dicamus, jam diu constare de ipso ipsius Antichristi nomine, quod justo jam absolvatur numero & conditionibus?*

## ΤΟ ΔΙΔΟΜΕΝΟΝ.

*Principiò quidem, Antichristum cùm ipsum, tum nomen ejus aliquod esse, quò numerus iste (666) vidè contineatur, ipsi Loyolitæ, & in universum Pontificii omnes prolixè concedunt. Ita enim Bellarminus prædicto capite.* Fatentur (*inquit*) omnes, pertinere omnino ad Antichristum verba illa Iohannis. *Apoc. 13. v. 16* Et faciet omnes pusillos cum majorib. &c. *usq. ad finem capitis. Ex quo capite* Iohannes dicit, se loqui de numero nominis bestiæ. *Atq. ibidem ille concessurum se innuit, Antichristum & jam existere, & eum esse Pont. Romanum, si quidem ejus nomen genuinum exhiberi possit: quando dicit, argumentum hinc insolubile duci, ad negandam Antichristi præsentiam, atque Pontificem Rom. eo nomine levandum quòd scilicet nondum constet de nomine ejus a Iohanne prædicto, sed in maximâ adhuc ea versetur controversiâ. Licet autem ipse cum omnibus Romanensium doctorum ἀναλ... caterva desperet nominis hujus Antichristici inventionem, temerè tamen (si qui fortè sint in* CHRISTI *plebe ...) ejus indagationem interdicere minimè ausit Bellarminus, quippe qui & Irenæi & aliorum,*

rum, tam recentiorum quàm veterum, in hoc genere conatum subapprobat.

## ΤΟ ΖΗΤΟΥΜΕΝΟΝ.

At verò non quæritur tale nomen, quotia vel sexcenta, partim ex Patrum aliorumque Doctorum variis commentationibus addita, partim novâ inventione cuiusvis exprimi conarentur, possent. verum huiusmodi aliquid requiritur: quo non tantum contineatur exactè numerus iste fatalis, sed quod nec vagum, nec ambiguum sit: tum autem non ab adversariis inventum atque impositum Antichristo, sed quod ipse sibi propria autoritate usurpet publicè, & in quo glorietur adeò, ut iubeat inscribi tanquam in frontibus hominum. Has namque conditiones eius nominis merito requirat, & ex Ioanne Theologo urget cum Ruperto Iesuita Polelianus, loco dicto, lib. 3. cap. 10. columnâ 381. editionis Ingolstad. anno 1602.

## ΘΕΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΑΙΔΟΜΕΝΟΥ.

Cæterùm Antichristos esse plures non ignoramus, quoque modo CHRISTUM oppugnantes, 1 Iohan 2. v. 18. Quin & Turca se strenuum CHRISTI adversarium præbet, ut atque eam fidem religionemque nostram impediendo & oppugnando, suumque Mahumetismum sceleratè propugnando propagandoque. Sed hic cum Antichristum dicimus, quendam eximium CHRISTI hostem intra ipsa Ecclesiæ septa grassantem intelligimus, qui ab Apostolo, 2. Thessal. 2. ἀντίκειμενος καὶ ἀλαζὼν

appellatur: cuius mysterium iniquitatis ipso sta-
tim operatur. Et, l sta tempore agi coeptum est, non vi armorum, sed fraude & versutia mentium, virtutis ac sanctitatis opinione tum etiam, bonâ, scilicet in-tentione quidem in eligentibus fraudem, commiscen-tium, Pseudoapostolis Verbum DEI cauponantibus & tali illius Verbi gloriam paulatim in mortalis pontificatum & imperii similitudinem transfingentibus usque, dum id ita tandem est effectum, ut utrumque gubernationem & imperia habeant ac iurisdictionem sibi vendicaret ὁ ἄνομος ὁ ἀντίχριστος, non eius tantum, quod per manus praecessorum suorum operâ mutuo tra-ditum proprium reddiderat dudum, sed & ipsius, quod Politico magistratui DEVS O. M. commen-daverat.

## ΔΙΟΡΙΣΜΟΣ ΤΟΥ ΖΗΤΟΥΜΕΝΟΥ.

Huius ergo Antichristi nomen ex praescriptis legibus ubi produxerimus, nemo non statim intelliget, Antichristi non tam nomen ha-ctenus fuisse ignoratum, quam numerum in eo parum diligenter observatum. Nempe hoc illud est, quod ostendam VICARIVS FILII DEI.

## ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ ΠΡΟΣ ΑΠΟΔΕΙΞΙΝ.

Manifestissimum est inter Christianos quotquot CHRI-STO potius τῷ ἀρχιποιμένι, quàm τῷ ἀρχιψεύδει Vicario suo ... Papae nomina sua dederunt, Ipsum Antichristum venisse & quidem iam olim venisse, ... inde usque ab Apostolorum se-culo iam captû & deinceps circa annum CHRISTI

 sexcen-

*sexcentesimum (quum videlicet Phocas Pontificem Rom. Caput omnium Ecclesiarum solenniter appellavit) praetextâ, an Romana Babylone, h. e. in ipsa urbe & Ecclesiâ Romanâ: unde B. Petrus (quo Antecessore & Ordinis sui autore falso gloriantur isti Vicarij) priorem suam epistolam edidisse putatur, ipsis Pontificiis scil. plerisbus uno ore affirmantibus imprimis eo, qui nunc restim ducit, Bellarm. lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 2. col. 719.*

*II Antichristus nullo modo est homo singularis, omnis successore carens: quod ex articulo praeposito in dictis B. Pauli & Johannis evincere Jesuita conatur; & quasi palmarium reperisse, ita triumphat:* Et sane (inquit) mirum est, nullum adversariorum, qui tamen jactant linguarum peritiam, hoc animadvertisse. *lib. 3 cap. 2 col. 850. Nam quod ait, Epiphensum docere, articulos Graecos contrahere significationem ad unam rem certam, idipsum vulgares etiam nostri quum doceant Grammatici, aliter nihilominus saepe docet experientia, & sacrarum lectio literarum probat, id discrimen non esse perpetuum. Ex plurimis unum saltem in medium proferam exemplum, quod extat Matth. 18. v. 15. Ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, καὶ λοιπά. Quaeso, nunquid hîc ad certam personam & individuum astringitur significatio per articulum? Non censeo equidem: nisi quis stulte opinetur, de S. Andreâ Petri germano ibi loquutum esse Dominum. Quodsi Bellarmino parum satis hoc fuerit exemplum, audiat illud, quod est apud Lucam, cap. 11 v. 18 εἰ δὲ καὶ ὁ σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη, &c. Ubi non de ipso tantum Daemoniorum principe Servator loquitur, sed de toto malorum geniorum* ordine,

*ordine. Ita ergo per Antichristum non unum quendam hominem, aut singularem personam, sed peculiarem ordinem, aut singularem thronum, sive sedem apostaticam eorum, qui cum summo imperio Ecclesiæ præsidere volunt, intelligimus. Atque huic interpretationi imprudens assipulatur Eccius, lib. 1. de Primatu Petri contra Lud. cap. 16. quùm ex Iuristarum scholâ docet*, Successorem & Præcessorem pro eâdem persona computari; & jura dignitati, non præcisè personæ collata intelligi. *Video, quid fortasse dicturi sint pro Eccio: Antichristo nullam fore dignitatem, nulla jura data. unde, sed quasi annon dignitatem ad abundè satis videtur, habere pro Deo? At unde jura illi, à quo collata? Unde? nisi ab inferni, ubi regnat Lucifer, omnis autor superbiæ & illegitimæ dominationis. Sed jura isthæc (inquis) sunt injuriæ. Sint, quod possunt: modò ipsi sint, vel quasi jura. Et quid multis? audiant Cajetanum suum, demonstrantem testem, & incorruptum foris sui arbitrum. Is ergo super caput secundum prima Iohannis ita statuit, ac liberè pronunciat.* delirare ac spontè errare eos, qui unum certum hominem futurum credant Antichristum: quum Paulus *2 Thess. 2. scripserit*, apostasian venturam, & ejus caput Antichristum futurum. Siquidem Apostasia est (*inquit*) generalis quædam defectio à fide: quæ quidem unum corpus & unum regnum facit, & non est paucorum annorum, ut sub uno Rege compleri possit. *Hæc Cajetanus, quæ legi apud ipsum magnum Bellarminum, lib. 3. de R. Pont. cap. 2. col. 849.*

*Interim non magis in se divisum est regnum Antichristi, quàm Satanæ. maneát, id, quod ponimus,*

B 2 *unum*

unum sedere in una ... semper esse illum & vocare Antichristum, sive regni Pontificij caput. Cedo namque, an non unus sub ea de numero ... Papa. Certe, nisi quando pluribus competitoribus atque successoribus Antichristi ea illa dignitas (ne sic loquar) monstruosa, atque sub triplici corona ... capite deformatur. Id quod factum est anno CHRISTI 1409 & circiter: ubi tres simul erant, qui Pontifices haberi postulabant, nempe Gregorius XII. Benedictus XIII. & Iohannes XXIII, nec facile poterat judicari, quis eorum verus ac legitimus esset Pontifex, quum non deessent singulis doctissimi Patroni, referente ipso Bellarmino lib. 4. de R. R. c. 13. col. 1023. Desinant ergo clamare ac nugaciter iactare professores ... nominis IESV, unum solummodo fore in persona Antichristum, qui extructa nullus Cathedrae pestilentialis successor futurus sit. Quasi non durare debeat Antichristus, donec in Ecclesia hac militante CHRISTVS (cui is opponitur) praedicabitur, & in medio suorum inimicorum dominabitur, h. e. ad ipsum extremum diei punctum. Opus itaque ille habebit instauratione per Successores, eundem locum iisdemque incentes. Siquidem perpetuo vivere (quod CHRISTO proprium est) ... non potest. Nec sequitur quum verus atque bonum simplex sit & uniforme, ipsum etiam vitium unius esse tantum modi. Arist. in Eth. Nicom. lib. 2. c. 6.

VII. Nomen Antichristi non videtur esse, nisi in ea lingua & gente, in qua degat ipse, investigandum. Sane quidem Hebraeum illud, quondam a C. L. D. Chytraeo ... adductum [illegible], id est, Romana (sub

ſub. Eccleſia, vel potius Babylon magna illa. Ipſa- 200 ר
enim in ſe continet numeros Antichriſticos. Et ſi ra- 6 ו
tio ſecularis intelligentiæ præbet illud ipſum vocabulum 40 מ
Antichriſti præſentis argumentum, quippe quod ſe- 10 י
me ipſe clare exprimit. Neq; enim CHRISTO ſeſe 10 י
Vicarium ſubſtituere vel auderet, vel poſſet etiam, 400 ת
niſi iſte apud ſuos homines LaVDatVs EpIsCopVs
(λαυδάτος Pſalm 53. v. 6.) niſi Romanam Eccle- 666
ſiam & Urbem, velut rem mancipi, poſſideret. Sed & no-
men, quia nec ad Judæos, ut Hebræa lingua hæredes,
ſpectat Antichriſtum (cum quia ne CHRISTUM
quidem ij agnoſcunt, tum quia nomen Eccleſiæ DEI
jam olim amiſerunt.) nec iſte ſibi Judæorum vetus u-
ſurpat labium, ſed Latino ſermone gaudet. Adverso
facile adverſus illud exoticum nomen Pontifex Rom.
exceperit. Aliàs quoque in Græca lingua, ut olim
eadem ab Irenæo & aliis data ſunt, ita hodie poſſunt
alia recenti ſtudio inveniri. E. g. ἡ ... ἐκκλησία.
ut Terra pro capite Eccleſiæ ſeſe vendicans, ſive (expli-
cata Metonymia) Terreſtre caput Eccleſiæ, Vel,
Summo princeps Eccleſiæ. Et enim ipſe pater B. Bar.
vocabulum terra ad Pontificem Rom. accommodatum
explicat. lib. 3. de P. R. c. 9. col. 632. Vbi (locum quaſi
mihi integrum adducere licuit) probatur, Eccle-
ſiam habere ſuum peculiare caput, præter CHRIS-
TUM, ita ...
Si Eccleſia quæ eſt in terris, Chriſto ſecluſo non
ineptè comparatur ſponſæ, ſecluſo etiam Chriſto
(ſicut hæc ipſe Jeſuita verba) unum caput habere de-
bet, præſertim cum diſertè Cant. 7. inter alia ejus
membra etiam caput numeretur, Caput tuum (inquit ſpo-
ſus ad ſponſam) ſicut Carmelus. Et ſponſa de ſponſo: Caput

 ejus

5
200
2
20
5
2
8
30
8
5
20
20
30
8
100
70
8
200
666

ejus aurum optimum, *Cant 5.* Et Sponsus quidem *(pergit Iesuita)* comparat caput sponsæ monti Carmelo, quoniam etsi summus Pontifex ingens est mons (*Monstrum dicere debuit*) tamen nihil aliud est, quàm TERRA, id est, HOMO. *Hæccine, At mala mihi, amabo te, qualis ista est consequentia?*

Sponsa suum habet caput.
Ecclesia est sponsa Christi E.
Ecclesia habet caput extra Christum, *seu (ut ille loquitur)* E. Secluso Christo unum aliquod caput habet Ecclesia.

*Non absimilis hæc videtur esse ratiocinatio ab isto:*

Baculus pastoralis est in angulo.
Pontifex Ro habet baculum pastoralem Petri, E.

Pontifex Ro. habet id quod est in angulo, extra pastoratum Petri, *Seu*, E, Secluso Petri pedo, *suum possidet Rom Pontifex baculum per cuspforium, in angulo ad infernales abyssos vergente stantem. Valere negaverit Bellarminus, scio. Quia enim baculus in angulo existit, atque pertineat ad Rom. Pontificem, sequi potius hoc affirmabit; Ipsum ergo cum pastoratu Petri baculo munus Apostolicum ad eundem κυριοῦχως pertinere. Rectè sic equidem ex Syllogismo lege concludi dixeremus, modò ne præmissa laborent, h. e. modo verum sit, & baculum illum Pastoralem Sedis Romanæ in Angulo seu lapide illo angulari CHRISTO rectè stare, & eundem à Papa legitimè possidere? Quin igitur sic argumentatur Bellarminus?*

Sponsa suum habet caput.
Ecclesia est sponsa, videlicet CHRISTI. E.
Ecclesia suum habet caput, nempe CHRISTUM.

STVM Ita rectè Tūn verò (inquiet) Sponsum in se facis duo Φαίνει? Nugæ. Numquid enim, si caput mulieris vir est, autore Apostolo, 1 Cor. 11. v. 3. vel mulier erit homo sine capite, vel peculiare ei tribuendum caput esse existimabitur, (ob id, quia sit mulier sive uxor) à viri sui maritis capite diversum? Habeat sanè Ecclesia, quæ congregatio sive cœtus est hominum ad Divinos cultus evocatorum, suum aliquod caput, puta Pastorem, Episcopum, aut quocunq; is nomine designetur. At quatenus est Ecclesia CHRISTI, Sponsa CHRISTI, Regale ejus Sacerdotium, id est, populus DEI, CHRISTI sanguine acquisitus, & ad gaudium Domini sui introducendus, non habet unquam ullum, nec in cœlis nec in terris Caput, præter CHRISTVM ipsum, unicum ejus Sponsum, Regem, Ducem, Principem, denique Pontificem Summum. Est itaq; planè falsa illa Jesuita hypothesis: Quòd Ecclesia, quæ est in terris, CHRISTO seclusò, non ineptè comparetur Sponsæ. Est enim & ineptè fatuè hoc, & impiè. Quippe tantum abest, ut Ecclesia seclusò CHRISTO possit aptè comparari Sponsæ, ut ne quidem Ecclesiæ nomen tueri queat, nisi à CHRISTO solo dependeat. Nimirum homines isti, in reprobum traditi sensum, non intelligunt, nec intelligere curant, quod aut quale sit τὸ μυστήριον ἐκεῖνο μέγα, quod insinuat Apostolus, Ephes. 5. v. 32. quò alludit etiam Salomonis Canticum.

Verum ad rem unde digressi sumus revertamur. Licet in aliis quoque linguis quamplurima dentur appellationes, ad Antechristi genium moresq; exprimendos attemperata, habebit tamen ille, invitò quod excipiat, dicatq;, suæ sibi gentis & Ecclesiæ (quæ Romana est) idioma competere: adeoq; nolle se aliâ quàm

Romanâ

Romanâ voce nuncupari, & in eâ saltem illum nume-rorum unâ cum sibi esse commonstrandum. Quomodo & venerabile ipsum CHRISTI Domini IESV no-men cõnumeraduit, totidemq; decadibus ac hecaten-tadibus illum a Sibylla depositum, non aliter suam inve-nerit explicationem, quam in ea linguâ, quâ Salva-tor per Apostolorum sacrum literas & monumenta volebat inclarescere. Ea autem Græca esse lingua, quomodo numerum illum sim-pliciter ordinariè exactè reddidit.

| | | |
|---|---|---|
| Ea autem Græca esse lingua, quomodo numerum illum sim- | ι | 10 |
| pliciter ordinariè exactè reddidit. | η | 8 |
| | σ | 200 |
| Atque hîc, amice lector, vide rursus | ο | 70 |
| vanitatem Bellarmini, dum ita sophistic. | υ | 400 |
| Nam Sibylla quedam notaverat nu- | ς | 200 |
| merum nominis CHRISTI futuri, | | 888 |

ac dixerat esse 888 Et tamen nondum poterant homines ante CHRISTI adventum dicere, vocandum esse IESVM At postquam CHRISTVS venit, omnis controversia sublata est, & omnes omnino sciunt, eum IESVM appellari. &c. *Vide lib 3 de R. P cap. 10 vol 883. & 884.*

*Quasi verò per numeros istos vaticinij Sibyllini, statim agnarum fuerit nomen IESV in orbem editi; ac non potiùs ex Angeli Gabrielis denunciatione, & cœlesti revelatione, primum quidem beata Virgini Mariæ matri & Josepho, tùm etiam Zacharia, Elisabetha, Iohanni Baptista, paucisq; alijs innotuerit: donec tandem Evangelicarum Apostolicarumq; beneficio prædicationum literarumq;, Ecclesia & orbi nomen illud salutiferum est revelatum, cabalistica Arithmetica vix tandem deprehensa, & haud scio an multis tum cognita. Proinde miror, quid sit, cur tantum tribuat Bellarminus numeris istis Sibyllæ.*

*nomen*

nomen IESV continentibus quum nihil hîc probent; quanticunque etiam rem eam putes. Sive ex vetustissimorum Patrum traditione nomen aliud (ut alii annul-ta) acceptum fuerit, sive ex erat Daemonis Sibyllinae fanaticae, quae prospiceret, ut in tam excellentes personae Messiae Divinitatis & humanitatis unionem, ita futurum in tam sancto nomine Divini hereis mysterium quoddam numeri, ejus nempe, qui sacro septenario est proximus, atque nomen haberet ab uniendo. Is est 8. quem Hebraei quidem vocant שְׁמֹנָה, à radice שָׁמַן quod est pinguescere, & adultu viribus robur sumere atque invalescere. Graeci verò perinde ac Latini dicunt ὀκτὼ, octo; Teutones cum multis aliis gentibus, Acht. ... origine (quam Daemonem fugere non putate) ducta ab אֶחָד quod significat unire, unde אֶחָד unum. Primus hic est numerus cubicus, ex primo quadrato in suam radicem ducto constitutus, ac veluti coactus. Praeterea ח, quae media & praecipua litera est vocis אחד, nota est numeri octonarii. Et si hunc numerum ascendere potuit eadem litera prima in vocabulo primae omnium mulieris & parentis nostrae Hevae, חַוָּה quippe cujus semen erat futurus ille conculcator Serpentis. Hic autem numerus ter geminari debuit, vel propter tres radicales literas Hebraearum vocum, vel ob S. Trinitatis mysterium. Caeterùm nulla fuit vox neque ad officium Messiae designandum significantior, neque ad numerum triplicis octonarii repraesentandum aptior, quam hoc nomen meum idque ex ipso veteri Testamento nimirum, adeo certum. Quia Septuaginta interpretes nomen Iosuae ducis Israelitarum nō aliter reddiderunt, quam Ἰησοῦς: & Siracides ille gnomologus dictum erat JESVS. Hinc contra Bellarminum sic argumentor:

C Si

Si nomen CHRISTI (IESVS) potuit esse notum, tam in genere (ὁμωνύμως) ante natum Salvatorem Mundi, quàm in specie, jam nato eo, licet non haberetur ulla Sibyllinorum numerorum in illius nomine absconditorum ratio: potest quoque notum esse nomen Antichristi, sive (ut Pontificii contendunt) nondum existentis, sive (ut verè nos sentimus) jamdiu in Ecclesiâ dominantis; licet nulla ex tanto tempore observata fuerint in eo nomine numera. At verum prius E. & posterius.

*Sed quia Bellarminum imprimis juvat hic in numeris ludus, age paulum indulgebimus. Quis scit, an non in ejusdem Sibyllæ libris, etiam novissimi religionis & ordinis Jesuitici, quem reliquo Christianorum ordini malum opposuistis (ut jam non Antichristus modo, sed Anti Jesus attendendus sit) indices quidam numeri extiterunt? puta in Cumæa illius libris istis, quos ea Tarquinio Prisco primùm obtulit redimendos, postea ob pretii magnitudinem repudiatos Vulcano tradidit absumendos. Erat fortassis ibi designatum Iesuitæ (JESVanula) vocabulum per tres eosdem, seu triplicem novenariorum; numero Salvatoris IESV singulis unitatibus totidem superato: quasi adsciscatur cryptice ille numerus annorum Servitutis filiorum Israël inter Cananæos, Judicum tempore, videlicet 111: de quo vide in libro Iudic. c. 3. v. 9, 14. & c. 4. v. 3. & 6. 1. v. 1. & c. 10. v. 8. & 13. v. 1. Scribe igitur Ἰησουῖται: & singularum numeros literarum, ecce in unum, summa constabit triades novenariæ ac si inversim iste legatur numerus Antichristiani, 666. Nec minus ipsum ipsum*

| | |
|---|---|
| ι | 10 |
| η | 8 |
| σ | 200 |
| ο | 70 |
| υ | 400 |
| ι | 20 |
| τ | 300 |
| α | 1 |
| | 666 |

ipsum numerum refert vox, רומיית, i. e. Romana. ut scilicet Romana Sedis mancipia esse Iesuitas manifestè appareat. Potuit itaque hic numerus, insigne cujusdam Ordinis Antichristiani index, in Sibyllinis carminibus extare, legique nec tamen à quoque intelligi, vel tunc, vel nunc etiam, nisi facto ad hunc modum præcedo. Hactenus ista satis.

| | |
|---|---|
| ר | 200 |
| ו | 6 |
| מ | 40 |
| י | 10 |
| י | 10 |
| ת | 400 |
| | 666 |

## ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

SI QVOD ergo nomen Latinum tale est, ut & 1
expressè reddat illum numerum mysticum 666. & Antichristo (ordini Papali) planè competat; neque tamen intersit odiosum aut vile, tanquam ab adversariis & invidis, sed ab ipsomet sibi inditum atque usurpatum, ut in quo gloriari queat: id verum erit Antichristi nomen, adeoque ipsum Antichristum venisse evicerit.

ECCE autem præsens hoc (VICARIUS FILII DEI) per omnia tale est, quale requiritur. Nam 1.
primò Latinum est nomen, & literis significativis 2.
numerum illum Apocalypticum exactissimè reddit: deinde Ordini Papali per se (ex hypothesi tamen) 2.
datis, semperque convenit, quod Pontificum nemo negat. Porro non est odiosum, neque vile, quasi ab adver- 3.
sariis ei impositum, sed apprimè ipsi honorificum, venerabile ac formidabile aliis: quod omnes sibi jam à plus quam sexcentis (uti apparet) annis tribuerunt, atque hodie tribuunt, tribuique volunt Pontifices: in eo ve-

*hementer gloriantur, seseque divisum quasi cum omnipotente* DEO *imperium per terras in rebus humanis habere, execranda voce jactitant. Id quod inter alia (quæ enim omnes bullarum Papalium ampullas exenteat?) luculenter testatum facit illud Æneæ Sylvii Pontif. (qui se Pium postea dici voluit) decretum, anno 1459. Mantuæ editum, quod ille ipse eandem in commentariis suis historicis lib. 2 annotat, quo cavebat ille, ne quis à Pontifice ad Concilium appellaret*, eò quod supra CHRISTI VICARIVM nihil reperiri posse diceret in rerum natura majus. *Huc pertinent etiam magnifica illa & gloriosa Epitheta, quibus* se Beatissimum & Sanctissimum (*quum tamen ipse* DEVS SANCTVM *modò se appellet) salutari cupit.*

4. *Atque hoc adeò est istud nomen Bestiæ, quod vult omnes cujuscunque conditionis homines (quos quidem sue complexo gremio ipsa præstigiis agnoscit) agnoscere, & velut in manu dextera aut in fronte referre. Cujus denique Bestiæ vel characterem seu symbolum & dogma qui ignorant, vel nomen, i. Ecclesiæ Romanæ Caput Vicarium* CHRISTI *qui non agnoscunt, vel qui numerum nominis ejus non recipiunt, h. e. qui in civibus ac filiis Ecclesiæ Catholicæ sive Pontificiæ nomen suum (saltem in speciem) non profitentur: iis nulla conceditur per istam ipsam Bestiam contrahendi, aut civiliter apud illos ibidem conversandi copia. Qua de re manifestam ajunt extare Constitutionem Martini Quinti, in qua districtè prohibeantur ii, qui Romanam sedem non agnoscunt, domicilia tenere, larem fovere, contractus inire, negotiationes & mercantias (ut loquuntur) exercere, aut humanitatis solatia cum* CHRISTI *fidelibus habere, &c. In fine Constantiensis.*

*ensis Concilij. Postremò hoc miraculi instar est in isto* 5
*nomine, quod non modò licet ex significatiuis numerum*
*ipsum Antichristo debitum exhibet; sed & uniuersa*
*eius nominis elementa, secundum numerum Alpha-*
*beticum, more Græcorum & Hebræorum dispositam*
*accedunt propè, ut tribus saltem adscitis punctis, vel Pa-*
*pisticorum tractibus computatis, eundem numerum ex-*
*pleant.*

*VNDE sequitur altrò, nomen hoc ipsius Anti-*
*christi verum esse nomen; & proinde ipsum Antichri-*
*stum venisse, qui est Pontifex Romanus, ordinariâ succes-*
*sione primatum sibi in Ecclesia CHRISTI vendicans.*

ΑΠΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΑΔΥΝΑΤΟΝ.

*QVod si Antichristus nondum venit, sequetur,* I.
*Paulum sine causâ dixisse, iam tum suo tem-*
*pore mysterium illud τῆς ἀνομίας ἐνεργεῖσθαι cœ-*
*pisse, videlicet per Pseudapostolos, viam quan-*
*dam ad Antichristum vera ac sincera fidei munientes. 2.*
*Thess. 2. v. 3. 4. 5. 6. 7. Nihil enim interpretantur qui*
*dicunt, mysterium iniquitatis hic solum significare per-*
*secutionem Neronis usque ad Diocletianum, & deinde*
*eam quæ fuit sub Iuliano, qui orbe & astutiâ divexabat*
*Christianos. Nam id quidem non erat mysterium ini-*
*quitatis, sed aperta iniquitas, de qua ipsi tandem gen-*
*tiles Principes erubescebant. Imo non video, quomodo*
*non ipsum Iohannem mendacij scelerate arguant isti So-*
*phistæ. Quandoquidem expressè ait, 1. Ep. 4. v. 3. καὶ*
*νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη. Nam quod de typo nugatur*
*Bellarm. nihil est. Est enim dicit Iohannes nunc iam*
*τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, videlicet in prima conceptione semen*
*istud iniquitatis versari, cum Paulo innuens.*

II. Caeterum si Antichristus esset homo singularis, non fores (opinor) magnopere metuendus; praesertim quum Pontificij, ex sinistra interpretatione Prophetiae Daniel. c.7 & 12. & Iohan in Apoc. c.12 persuasum sibi habeant, Antichristi regnum saltem trium annorum cum dimidio futurum. Quin sequeretur, maius eum Ecclesiae DEI incommodaturum, quam caetere Antichristi minores, tyranni & haeretici, quotquot inde usq; a S. Pauli & Iohannis temporib. praecurrisse Pontificij dicuntur, incommodaverint. Denique hoc efficeretur, Infinitos esse unius Antichristi Praecursores: quod absurdum est. Etenim CHRISTI ipsius DEI Filius hunc Mundum ex[...]piaturus, unum duntaxat habuit sui Praecursorem Iohannem Baptistam: Prophetae & ipsi quodammodo dici Praecursores CHRISTI possunt, sed relinquimus tamen, quia Praecones de futuro, non praesente, noc nuntiamente. Solus autem Iohannes Baptista Magistrum re[...]tla subsequit tempore. Sicut ergo se habuit Iohannes ad CHRISTVM, tanquam Praecursor ad Dominum & tergo succedentem: ita omnino se habere necesse est haereticos ad principem Antichristum, qui dicuntur praecurrere. Eligant nunc Iesuitae, utrum velit, & dicat, fueruntne ipso statim Apostolorum tempore haeretici, an vero hoc demum saeculo Lutherano extiterunt? Si posterius affirmaverit, crasse mentietur: Si prius; eos conce[...]dat oportet fuisse Antichristi Praecursores (quid enim aliud fuerunt?) Iam si Praecursores illi fuerunt ipsius Antichristi, huius utiq; aetatis haeretici, post tot exorta saecula, non tam Praecursores eius, quam stipatores aut amole quidam dicendi erunt. Absonum enim est a vero (quod nec ipsi Pontificij sentiunt) post Antichristum verum ac principalem alios minores Antichristos Praecursores

cursores orituros Hinc velint, nolint, fateri cogantur, Antichristum non multis ab Apostolorum decessione seculis in Templo DEI sub e... in media Ecclesia (Dividimus autem, quod nescio ex quibus Patrum testimoniis, sumunt, adeo fuit asserunt: Antichristum esse reædificaturum Hierosolymis templum, & in eo sessurum: qui solere D. Paulus Templum DEI appellare in animum induxisset unquam, quod iste Satan sive antagonista CHRISTI ædificaturus esset) in media inquam, Christianorum Ecclesia in hunc usque diem consedisse non sessurum esse. Quid autem? (inquiet aliquis) an ignorante toto Mundo, clam universis Christianorum ordine, sedem istam suam ille fixit? Hæccine Orbis ferre potuit (Etsi quis unquam alteris? nam Urbem caput Orbis iste imposuer invisibilem.) ferre tamen potuit, mitissimus CHRISTI tam impatiens, ut atrocissimo & Ecclesiæ tyranno & Reipub. Prædoni Antichristo nullum indixeris conjunctis viribus bellum, eumque de occupata regni sede profligaret? Unde vero hoc Mundus, sed DEO irato [illegible] infelix ad ejus tyrannidem, quem voluit [illegible] quia & locum ei concessit altiorem, sceptrumque [illegible] At Christianorum id animadvertit nemo? [illegible] potuit, at præcedentium (qua unde [illegible] simplicitas) vel animadverterint ab initio, vel satis, quid ageretur, intellexerunt multi etiam non male pro amico hospite novo succedente fidibus hostem salutarem & complexi fuerunt, quippe vultum sibi qui norat fingere. Verum tamen plurimi interim insidias ejus [illegible], dolosque præsenserunt. Lupum rapacem sub ovilo vellere latitantem agnoverunt, clamarunt, voce pariter & calamo pedoque pa-

storale

*Parabolarum insectantes, notantes, perstringentes, castigantes. Sed tristi fere eventu & successu minus commode. Conversus enim ille frequenter adlatrantes venatores pastoresq;*

*Innocuo crudos ungues in gutture figens,*
*Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam.*

*Videatur Catalogus Testium veritatis, vel ea qua D. HVNNIVS p. m. in Epistola dedicatoria Libri de Ecclesia retulit, ubi inter multa testimonia gravissima, ex Nicolao de Bibrach (qui vixit ante annos 322.) recitat Epitaphium Papæ Martini, quod sane quàm lepidum & dignum relatu visum est.*

Hic jacet ante chorum submersus Teutonicorum,
Pastor Martinus, extra quasi totus ovinus:
Et LVPVS introrsus, cui nulla redemtio prorsus;
Sed sit ad inferna detrusus ab arce superna.

711. *Si Antichristus non est ipse Pontifex Roma, sequetur inter alia, illum locum D. Pauli, 1. Tim. 4. v. 3. non esse de Antichristo accipiendum; quomodo tamen plerique omnes Patres ac Theologi accipiunt. Quis autem est, qui nuptias ac matrimonia prohibet, & a certis abstinere cibis jubet, nisi Papa? Nihil est enim, quod Bellarm. lib. de Cler. c. 20. col. 358. contendit, Manichæos & Encratitas solum ab Apostolo notatos fuisse, qui apertè nuptias prohibuerunt. Concedendum fortassis hoc, quod præcursores hac in parte fuerint Encratita ipsius Antichristi Papa. Neq; vero si Encratitis prohibere nuptias & cibos, hæresis fuit, Papa idem facere, mera erit sanctitas. Nam quod Bellarm. dicto loco, col. 357. ait, Ecclesiam Rom. non prohibere matri-*

*monium*

*monium, nec cogere nullum ad cælibatum absolutè suscipiendum, sed solum requirere eam conditionem in eis, qui initiari volunt sacris ministeriis, quam si qui nolit accipere, posse non accipere, sed non initiari ad omnis sacri volumen est, & ad abolendum regal. Pontificij contrarium prorsus ineptum*

*Denique credendum non est, forte fortunâ constitisse, absque Diuinâ prouidentiâ, excellentissimum illum numerum, conuenientissimamque elementorum significationem in producto Papæ Antichristi vocabulo (quid enim prohibet plures esse voces ac syllabas, unum eundemque rem unam denotent, atque unam planè aliud, quod est Antichristi, exprimant?) præsertim quum id non ex nostro ingenio finxerimus, sed ex ipsorummet Pontificum ore ac confessione didicerimus, & mysterio servato ad infelicem Antichristum feliciter accommodauerimus. Vocabulum nempe Antichristi est,* VICARIUS FILII DEI. *Hic videmus primum ipsa numerum signantia elementa, eaque distincta lege scribunt, ita:* VICI VILI IDI *(vox hæc postrema græcissat: est enim idem, quod nomen Ἰδέα, species, forma) Quæ quæso nomen Antichristi dignior esse queat, quam hac ipsa, quam repræsentant verba? videlicet, quod, ex humili quamuis sit loco, ipsa etiam humilitatis specie repræsentans, cum orbe vniuersum usum, se gloriatur vicisse illorum, & iura filiorum* DEI *seu Ecclesiæ totius ad se rapuisse, omnemque clauium potestatem sub suas unum redegisse leges? Num hoc apparere manifestius in ipso nomine integro? Age, transferemus lege:* VICI JURA DEI FILIIS *Audin' ipsum de se planissimè confitentem, & nequaquam supplicantem? Si iuuat elicere ac seorsim ponere literas non* IV.

B

*nume-*

*numerales, efferent se nempe* ... I S' E *Transpone sic* I E R A S *ut loquatur*, S ... *vicissitudines, puta mutationes illas*, *Pardalim*, *Ursum*, *Leonem*, *& quartam nescio quam, de quibus Propheta Daniel cap. 7. Ista enim Regna & monstra marina singula vicit. Bestia haec ...* ... *de qua Joannes noster Theologus, Apocal. 13. v. 11. Transcribat si placet, ... iterum, ut sit* S A F E R, *vox exotica, Hebraeo nata fonte*, ספר *enim est numerare, unde* ספרה ... *numerus. Ut intelligatur, perfectum esse hoc nomen Antichristi, & omnibus suis absolutum numeris. Item, quod & alludet ad* פרץ *quod ruptorem ac dissipatorem significat; & ad verbum* פרש*, quod est explanare, interpretari. ut hoc symbolo seu vocabulo ipsum Antichristum Romanae Sedis denotari animadvertamus.*

## Ab autoritate

*...*

E*T quid est, cur vel pluribus id confirmare conemur, vel ipsi in dubium vocent Pontifici*, Pontificem *suum esse* Antichristum. *Audiant Abbatem illum Claraevallensem Bernhardum, omnium judicio Sanctum, diserte ita loquentem*, *Epist. 125.* Bestia illa de Apocalypsi, cui datum est os loquens blasphemias & bellum gerere cum sanctis Petri Cathedram (*ita ex vulgi opinione, ipsis Pontificibus autoribus natam vocat Ecclesiam Romanam*) occupat, tanquam leo paratus ad praedam. *Nec credunt illud Edictum Imperii sub Ludovico Quarto, quod non de Ioanne solum* X X I I. *sed quoque ejus Successore Pontifice Rom ... promulgatum dixissemus: quo quidem expresse ille semel atque iterum* Anti-

*Antichristum nominatur ut declaravimus.* Id qui ve-
les, requiras, & iterùm legas apud Aventinum histo-
ricum: quem iste Jesuita criminatur, ut auctorem pa-
rum probatæ fidei, quippe qui non fuit causa illa omnia
in odium Pontificum vel finxisse vel amplificasse creda-
tur (in Appendice ad libros de S. P. cap. 10. col. 1253.)
tamen nos, qui contra novimus, quàm nihil Jesuitis
credendum sit, autorem eum probatæ fidei esse facilè cre-
dimus, & in his quidem nihil eum vel confinxisse, vel
in odium Pontificum amplificasse novimus. Ex eodem A-
ventino didicimus, quo pacto jam tum an. Domini 858.
Episcopi Coloniensis & Treverensis Nicolaum I. Papam
allocuti fuerint: Tu Pontificis quidem (*inquiunt*)
personam prætefers, at tyrannum agitas. Sub habi-
tu & cultu Pastoris LUPUM sentimus. Titulus pa-
trem mentitur, tu re factis IOVEM ostentas. Cum
sis servus servorum, Dominus Dominorum esse con-
tendis. Iuxta disciplinam Servatoris nostri infimus
omnium ministrorum Templi DEI: tu verò libi-
dine dominandi in præceps abis. Quicquid tibi li-
bet, licet. FUCUS factus es Christianis. *Audistis hæc
vos BEATISSIMI PATRES, in sublimi solio residentes,
[illegible] purpureâ & aureâ radiantes? siquidem eo eodem
animo edocti estis hodie, ad superbiam & dominatum in
Clerum & plebem CHRISTI exercendum quid vos esse
censetis? quid? nisi Antichristos, lampada cursu tra-
dentes, & sub Pastorum vigiliamq; nomine &
honore [illegible] Lupi fabulam saltantes.*

*Cæterum quod ad nomen ipsum attinet, constat et-
iam ex Patrum vetustiorum sententia, S. Ioannem in
Apocalypsi loqui de numero alicujus nominis Bestiæ
sive Antichristi, quatenus certis literis numerum
continentibus scribatur. Ideoq; varia excogitarunt*

ad illius designationem vocem , quamuis quadam recenset Bellarm. lib. 3. de Pont. R. c. 10. col. 880 & 881. Inprimis verò Irenaus verisimile duxit, Antichristi
λ 30 nomen fore Λατεῖνος, quod numerum illum, 666 exactè continet. Subodorabatur
α 1 nempe jamtum circa annum CHRISTI
τ 300 180. D. Irenaus, & prasentiscebat mysterium
ε 5 illud iniquitatis in Latio, ad CHRI-
ι 10 STI nomen honoresq. vicarios aspirante
ν 50 Episcopo seu Papa Romano, cœptum, unde porro in catera Mundi regna
ο 70 longe lateq. serpens malum extenderetur.
ς 200
666
Vt hinc etiam non minus convenire videatur altera illa appellatio, quam idem Irenæus
τ 300 profert Τειτὰν (vox ἀπὸ τοῦ τείνειν, i. e. ab ex-
ε 5 tendendo) quod significat Solem. Sola autem
ι 10 se aquiparatum velle Pontificem, nemo est
τ 300 qui nesciat. Huius tam vetustæ ac
α 1 divinæ omnino vestigijs feliciter institerunt
ν 50 nostro sæculo alij doctissimi Viri, ac
666 præcipuè D. Chytræus, qui (ne superius dictum) exhibuit vocem [Hebrew], quæ
& ipsa eundem numerum exactè refert, tum Sedem Bestiæ Romanam Ecclesiam demonstrat. Planissimè etiam utrumq. deprehenditur in duabus hisce dictionibus Ἐκκλησία Ἰταλικὴ, i. e. Ecclesia Italica. Item in hac voce [Greek], i. e. qui Italica quasi inuitrans est & insedit. Adde quod Ioan. Foxus Anglus in ipsa voce Romanus (nam & tale nomenq. m. requirit Bellarm. quem Chytraum παρεῖδε, quod sexum commutaverat) eundem mysticum numerum observavit, si Hebraicis eam literis exprimas, רומיית ; quam si Græcè quoque
scribas

scrib et simpliciter, à ... pardm abest, quia sic literarum numerum illum exactè reddat. Verum quod attinet, Latinam dicti, quem male scribendo corrumperet, præsertim cū latè pateniem, ut præter Pontificem omnes complectatur Italos, & Romana curiatis jure utentes. Quum potius in ipso nomine, quo Germanis nostra Papam appellat, periculum faceamus: ubi hoc prius monuerimus: vocabulum nostrum Germanicum, (Pabst) apud nostros majores, antea veteres illos Bojos & Saxones tradultum quedem esse introductumq; ut, si ullu un quam dictio Germanica (cujusmodi mille sunt, ne dicam adnodum omnes) exaledinata est gente & lingua, hæc ea est. Nam quum inter ipsos Latinos homines, adeoq; in ipso Romanæ Ecclesiæ gremio plurimo olfacerent, Papam Rom esse ἀντίχριστον, illum ab Apostolo Paulo notatum, expresserunt ferè hanc vocem quam potuerunt propriissimè, dicentes Oppositum. Hoc verbum suum facere conati Germani, non potuerunt aliter, siquidem in unam syllabam redigere vellent, quàm hoc pacto, ut unum P pe ... uerent, duobus O conflu ..., deinde affirmatione, inquientes Pōpst quomodo adhuc Bojerici & alij superiores Germaniæ homines pronunciant. Quum vero P ferè in amittetur, differentia vū b & p loquentium aut scribentium arbitrio relicta. Agere Græce, ne fiere potest commodissime, sic ... numero literarum π 80, α 1, π 80, ς 6, σ 200, τ 300 ... Antichristo debetur. Porro adhibeamus ... Articulum, Der Bapst Scriva... litera Hebraa, adhq; in gratiam Pontificiorum, qui clamant summum Antichristum esse debere Iudæum, ita planè, uti receptum hodie est Hebraogermanica scribere,

4 ד bere, nempe [illegible]. Ecce vobis numerus iste
70 ע in Romano Antichristi nomine tam liquidus, quam hic
200 ר Solelli Germanico factus est ex endis augmento.
2 ב Nec tamen sic rephipmatis vis Jesuita. Et tamen expe-
1 א riar. Der Römische Pobst vel, dempto emphatico arti-
400 ת culo Römischer Papst. Fiet periculum, ut volens,
300 ש in literis Graecorum & Hebraeorum (sine & Germa-
9 ט norum) eriendis solertem se nostra dabit Minerva.
656 Sed & crassissime ex usitato inferiori lin. Saxonia &
Pomerania nostra idiomate, scribitur. De Pawest.
Recensebis ita: D 4, E 5, P 60, A 1, W 400, E 5, S 90, T 100. Summa literarum reddit com-
pendii, 666. Nunc nunc iste Dryopes, & nostrum insul-
tent Ecclesiae, quod neq; dum inventum unum sit, ne-
que datum aliquod nomen ad arguendum Antichri-
stianissimum Rom. Pontificis idoneum. Pudeat q; adeo
Bellarminum cum suo Lindano, & Genebrardo, tam
scurriliter ludere in clarissimo & aeterna memoria di-
gnis nominibus D. MARTINI LUTHERI, &
DAVIDIS CHYTRAEI quibus ad animorum il-
lis numeros accommodatis, mire sibi placent, ac palma-
rium quoddam sibi reperisse videntur isti Jesuitones.
Quid si nos in sexcentis ipsorum Pontificum & Pontifi-
ciorum doctorum nominibus idem facere nobis, si lu-
beat, in promtu sit futurum. Sed parum istud fuerit,
neque magni ad rem momenti licet vel in singulis Ro-
manor. Pontif. nominibus istum numerum quoquomo-
do investigemus ac deprehendamus. Imo licet omnes
Papae LUDOVICI (absit vero nomini fortissimo-
rum ac sapientiss. Principum, Regum, Imperatorum,
quibus id nomen obtigit) vocarentur: aut si nemo non
dictus esset NICOLAUS GAUDANUS, quod no-
men

*nam Viri ejusdem Iesuitæ, a secta hominibus familiarissimi celebre est in vrbe Lojola ortæ, si vel unus Pontifex esset* CADOLVS, *quem Imperator Henricus IV. designatum misit ultra octaviam legatus Romanus sedis, anno* CHRISTI *1061, vivus est* VICTOR ALEXANDER, *qui fraude & astutia Hildebrandi Archidiaconi electum Cadolum e suo superbe dejecit. Aut potius tametsi perpetuum sedisset ille* GELASIVS SECVNDVS, *qui Pontifex ipse fuit, & anno C 1118 sedit, saltem 12. mensibus, & insuper 26 diebus miser quæ solidum regnaret annum, fecit Imp. Henricus, quæ Pontificatum et abrogavit, & vicissim ab eo Ludovicum (id enim significat nomen* τελώνης *cujus respectu Psalmus vocat* [illegible] *i. lusores, seu derisores) excommunicatus est. At nihil ad rem præsentem istiusmodi Verum talia quærendo, quasi in universum omnibus Apostolica (Apostasia dicendum) Sedis hæredibus suppositum congruum quale nostrum illudit,* VICARIVS *&c. Cujus sane non mihi, quod hoc loco prætermittendum non est) plenaque ingeniose Primatum expressum vocabulo Græco depicto, quod ille Antichristus suo proprio numerum exaltavit, & per numeros Ann. 1000 tuchristianos declaravit. Bellarminum identidem interpretatus est voce contrarium quam ceram dedisset, rationem attendere, ut dictum putare, quasi ait* [illegible] *i. vice mei, pro me, seu loco meo. Certe non sine cælesti Numine* [illegible] *reperisse mihi videtur hoc nomen, quicquid fuit, Pontifici primatus ejus Primum quem nobis illum sapiet, vel (quod vero convenientius) ex magis similis glyscente inspectione deductio aliquo modo adversis, nunc Antichristo fore gemuma.*

*quæ*

qui primatum in Ecclesiâ, locumque CHRISTI (tanquam quærentis, ἀντί ἀλλὰ istum Simiam sese obtrudere Gregi sacro Pastorem summum) affectet, vicariatumque ejus sceleratè ambiat. Et probè notandum, quod Bellarminus scribat, multis Catholicis etiam probari illud ἀντίχριστος, quasi proprium Antichristi futurum nomen. lib. 3 de R. P. c. 10. col. 831. Verum illi quidem falluntur neque tamen ab iisdem Jesuita jure dissidet. Nam etsi Antichristo tribui rectè potuit, quod ex ipsius ingenio & natura Antichristi consideratione depromta sit appellatio, tamen ei proprium esse nequit, eo quòd non ipse sibi hoc nomen usurpat neque agnoscit, tanquam exosum, & ab adversâ parte (a CHRISTO) sibi inditum. Jesuita verò nostra dissensione in eo, quòd nullum adhuc Antichristo nomen accommodari posse putat, neque mendacem illam Vicariatum CHRISTI in ejus voce adumbrari animadvertit.

### ΣΥΜΠΕΡΑΣΜΑ.

1 QVARE Quum productum illud nomen, VICARIVS FILII DEI, Antichristo Romano sit accommodatissimum, quippe in quo omnes sunt conditiones, quascunque Bellarminus Papæ sui nomini requisivit hactenus. Proinde verum hoc esse ac proprium ipsius Antichristi nomen, ut ex iis, quæ in medium adduximus, manifestè liquet, ita planè statuendum est. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

### ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ.

1. FAlsissima ergo est illa Bellarmini conclusio, quæ affirmat, verissimam esse sententiam eorum, qui ignorantiam

vanitatem suam confessi docent, ignorare adhuc Antichristi nomen. Et quod ebi glorietur, argumentum esse insolubile ad probandum, Roman. Pontif. non esse Antichristum, necdum venisse eum, id omnino futile est & nullum. Siquidem nomen ejus toto terrarum Orbe longè est notissimum ac decantatissimum.

Quotquot unquam se CHRISTI FILII DEI Vicarios dici voluerunt, quotquot nomen Ordinariorum Pastorum Ovilis CHRISTI eo modo receperunt, quotquot adeò contra CHRISTI Salvatoris & Archipastoris animarum nostrarum (teste S. Petro) ante decretum & expressam voluntatem, primatum sibi atque imperium in Repub. Christianorum sive Ecclesia arrogarunt, quotquot Universales Episcopi in Ecclesia Catholica, quotquot item Sponsi Divi populi CHRISTI, & consimilibus aliis semper nominibus (de quibus paulo post in Epicheremate) appellari fuerunt atque sustinent: omnes illi fuerunt atque sunt Antichristus ipse, de quo praemonuerunt post vatem Danielem & CHRISTUM [illegible], S. Paulus & Ioannes Apostolus. Licet plus mille numerarem Apostolicas istas (si Spiritu Sancto placet) sedis Successores, omnes (quod Scriptura authoritate confirmatur) licet omnes ac singuli vita morumque sanctimonia, [illegible] abuterentur, & miraculis insuper claruissent. II.

Denique hoc nunc est in Ecclesia Christiana Pontifex Romanus cum suis Cardinalibus, Episcopis & Monachis, quod olim in Iudaica Ecclesia, certe tempora CHRISTI & Apostolorum erat Summus Pontifex cum Princeps Sacerdotum, cum Scribis & Pharisaeis videlicet suave religionis idolum, & laeva quadam potestam, III.

E

alium

aDum ejus vana specie repræsentans; at effectum & vim ejusdem ipsa negatione abnegans. Nisi quod verens gloriari poterant de ordinaria successione ad Templum Hierosolymitanum alligata, quod sederent in Cathedra Mosis (teste ipso Salvatore Matth. 23 v. [illegible]) quam isti possunt Apostolica sedis (modo ibi hic unquam sedis Ap. Petrus) sessione veteris, quam legitima successores. Id quod plenius aut plenius docere & demonstrare, alterius est loci. Et præstiterant hoc jam satis superque, post D. Lutherum nostrum mille alij imprimis autem nostra ætate D. Chytræus, Ægid. Hunnius, Philip. Nicolai, Ioan. Foxus, & nuper Robertus Abbatius in sua Antichristi Demonstratione, cui adjuncta est Iacobi VI Serenissimi Britanniarum Regis de Antichristo commentatio, tanto omni laude dignior, quanto a potentiore, doctiore ac pientiore Principe, (& rarissimo quidem exemplo) profecta est. [illegible] Si, qui sint Pontifices & Sacerdotes Romani, scire velint ipsi, legant caput illud Evang. Matthæi vigesimum tertium. nec legant solum, verum probe secum expendant atque intelligant. Hic veranti extremis modis caecutiant, nisi omnis mente ac ratione careant, nisi se ipsos nesciant plane, videbunt, sentient, palpabunt, in quantum dsi, [illegible] ipsorum ille splendor & religiosissima vita schemata, tantum sit miseriam.

Quando præcipites cœlesti fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
Acti, mendaces fiebunt ænigmata cultus.

## ΕΠΙΧΕΙΡΗΜΑΤΩΝ

AT (ἀντικειμ.) Papa non opponit se CHRISTO in frontem. Igitur non est Antichristus, & per consequens, Numerus Antichristicus ei non rectè accommodatur. Resp. 1
Nego hoc ad definitionem Antichristi pertinere, aut requiri, ut per omnia se CHRISTO in frontem opponat, ac blasphemo verbis ubique contra dicat. Satis, satis est, si opere ipso atque facto hoc faciat, quod facit. Neque vero particula ἀντὶ in compositione semper significat contrarietatem, ut in ἀντίδικος, ἀντίγραφος, ἀντίπαλος, ambulam; sed interdum notat vicissitudinem seu recompensationem, ut in ἀντίδωρον, ἀνταπόδομα; aut æquipollentiam, ut ἀντίψυχος ἀντίχειρ nominum; quam etiam (neget licet Bellarm. lib. 3 de Roman. Pontif. cap. 1.) τῷ ἀντὶ significat subordinationem quandam. Quid enim aliud est ἀντίζυγος, quam in eodem jugo respondens alteri? quid ἀντίδουλος; nonne vasallum significat subordinatum suo feudatario? ἀντίτυπον, i. e. exemplar, nonne subordinatur ei quod est ἀρχέτυπον seu exemplar, ἀντιστράτηγος vocatur is dicitur, qui imperatoris vice fungitur quem ex adversa dux præcipitare ἀντιβασιλεύς dicitur vivo [illegible] amans, qui succedere novo subinde tollitur: nisi respectivè suo revali oppositus, tamen ipsi amasia τῷ [illegible] subordinatus. Et ἀνθύπατοι dicuntur, quos [R]ex mittit orareges ad provincias, non eos quidem [il]li æquales, sed subordinatos & subditos, ut qui [n]on nisi delegatâ à Rege potestate funguntur.

 &

& aliis nominibus exequuntur. denique ἀντίχριστος dicitur, qui est loco fratris, seu vicem ejus præstans. Ita ergo Papa se pro Duce aberrantis Ecclesiæ, ut vero Duce CHRISTI Vicarius & Locum tenens, adeoque ἀντίχριστος, καὶ τῶν μὲν χριστῶν ἐμῶν (Psal. 104 v. 15) ἀντίχριστος [illegible] [illegible] in terris haberi cupiat. Neque vero aliud esse potest Vicarius CHRISTI (modo non figurate vocem accipias, quomodo omnis Magistratus, & quilibet Minister Verbi Vicarius DEI appellari potest) quam qui locum ejus plenaria se tenere profiteatur autoritate, suaque adeo scita & decreta expresse DEI Verba æquivalere postulet. Hoc ipsi igitur quod videri vult ὁ ἀντικείμενος [illegible] τοῦ χριστοῦ, i. e. qui adimpleat in Ecclesia militante locum CHRISTI tanquam non præsentis, seu, qui sedeat loco & vice CHRISTI, ἀντίχριστος, hoc ipso (inquam) Antechristum se esse ipsum, planissime arguit Pontifex Romanus. Eum vero si larvatus ille & Utopicus Papistarum Antichristus (quem fore Judæum statuunt, eumque de tribu Dan ex Diabolo & muliere, vel certe ex fornicaria nasciturum suspicantur Bell. l. 3. c. 12. col. 289) apertis verbis profiteretur, esse se majorem ipso Altissimo DEO Conditore cœli & terræ, ut nunquam quidem habiturus ille esset discipulum aut sectatorem. Quia cum tam impudente & effusa blasphemia depræhenderent omnes, esse ipsum totum a Diabolo dementatum atque obsessum. Quanquam nec verbis interim parcant ipsi Pontifices, horumque Satellites ὑπερβολικοί. Nam ut de superbis ipsorum Pontif. decretis & dogmatibus blasphemia plenis, nunc non agam, considera quæso mihi, Christiane lector, istud Bellarmini de Sum. Pontifice καύχημα, quod plenis buccis effutit

in

*in Præfat. libb. de Memb. Eccles. Militantis, Tomo II. Controvers. collato* Licet (*inquit*) Imperator Ecclesiæ primus ac summus Christus ipse sit; tamen quod non solùm in terris, sed etiam in cœlis, & apud inferos magnos exercitus habeat, quodq; solis cœlestibus præsentiam suam, ut par est, aspectabilem præbeat, Vicarium Imperatorem ac Ducem exercitui, qui est in terris, Apostolum Petrum, ejusq; successores, summo cum Imperio, & potestate præfecit. Ergo Romanus Pontifex hæres Apostolorum Principis, castra cœlestia in terris ducit, Christumq; ipsum nobis mortalibus quodammodo repræsentat. *Hactenus Jesuita.*

*Audin tu illum? quomodo* CHRISTI *ipsius* FILII DEI *veros honores affectet Bestia ista nocentissima, dum sese illius Opt. Max personam in terris repræsentare (heu quam impudenter) glorietur? Illud verò hoc planè ille est Antechristus (ut semel dicam) qui negat* IESVM *esse* CHRISTVM. *Clamant hoc satis vel ipsa nomina, quæ sibi vendicat publicè Romanus Papa. Bellar. l. 2. c. 31. quindecim recenset, quæ nos audite, referemus.*

*Nam primo se* Vicarium *facit* Domini IESV, *quum non indigeat Vicario ullo* CHRISTVS IESVS, *Ecclesiæ sua Rex & Dux unicus, nunquam non præsens, ipso teste, Matth. 28. vers. ultim. & David Psalm 22. v. 4.*

2 Pater *audire vult* Ecclesiæ totius *quum nemo sit nobis in terrâ Pater vocandus; quia unus est Pater noster hoc titulo dignus, Matth. cap. 23. vers. 9. Ephes. cap. 4. vers. 6.*

3 Dicitur Summus Sacerdos & Christianorum Pontifex. *quum unus sit asser Pontifex Summus, Ebr. cap. 3 v. 1 & 4 v. 14 & c. 5 v. 5 6 & c. 8 v. 1 &c.*

4 Caput Ecclesiæ *quum solus CHRISTVS, à quo nomen sortita est Ecclesia, hujusdem ipse Caput sit Ephes. v. 22 & c. 5 v. 3 &c. Vide supra in nuncupatione, &c.*

5 Fundamentum Ecclesiæ *quum CHRISTVS unicum sit fundamentum, præter quod aliud poni nullum potest. 1 Cor. 3 v. 11. Es. 1. Pet. 2 v. 6.*

*Memorabilis hic est Iesuita noster, in applicando Pontifici suo sibi hoc epitheto, solertia, sed cum Diabolica conjuncta nequitia, dum ad verba illum Prophetæ Esa. cap. 28 v. 16.* Ecce ego ponam in fundamentis Sion Lapidem, &c. *trudet ad monstrum illud hominis, seu potius bestiam obscurissimam Papam suum accommodare, inquiens.* Quanquam hæc verba in Christum præcipuè convenire non ignoramus, eadem tamen non ineptè in Christi Vicarium quadrare censemus. *Et urges imprimis illa verba* In fundamento fundatum. Quid est enim (*ait*) in fundamento fundatum, nisi fundamentum post fundamentum, fundamentum secundarium, non primarium? Siquidem primum ac præcipuum Ecclesiæ fundamentum non ignoramus esse Christum. At post Christum, fundamentum est Petrus & nisi per Petrum non pervenitur ad Christum. *Vide Præfat. in libros de Sum. Pontif. columnâ 592 & 594. Hic verò nescio utrum mirere magis, impietatemne in explicando, an perfidiam in interpretando dicto Prophetico. Illam quidem quum manifestam esse atque palpabilem sentiret Sophista, leniré quadammodo voluit, quum dixit. Ea verba Prophetica non ineptè (At hei quam ineptè, quàm impiè!) in CHRI-*

*STI*

STI emendicitam Tertium Papam quadrare videri, Henricus linguarum imperitis, qui juvenem fortasse vexare poterat in veterani illius Romani Papam Armigeri sublevare manum depelli, nec verum mere vellum debet: quippe qui nostris hominibus Theologis nonnunquam id crimini objectare solet. Sine Hieronymi sit versio illa Latina, hic non disputo, sed cuiuscunque sit, cum ita authenticam esse, ut & Hebraeo fontes & Graecae translationi honoris praejudicare possit, adperiri iam verò nemo id habet, quod ex supposità versione Latinâ urget Bellarminus. In fundamentis Sion. Nam in Hebraeo simpliciter est: הִנְנִי יִסַּד בְּצִיּוֹן. Ecce, ego fundabo, seu fundamenti loco ponam in Zion Lapidem, &c. Quae Graeci Patres transtulerunt hoc modo: ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον, εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς, i. e. Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem multi precii, electum, in summo locatum angulo, honorabilem in fundamenta eius. Ubi praepositio, nō designat locum seu terminum ad quem (alias quis non videt, fundamentum ipsi Lapidi angulari suppositum, adeoque praelatum esse?) sed finem potius usum que seu Lapidis illius quod is in fundamentum, vel fundamentis firmissimi futurus sit. Hic tempe fit vult plurale nomen θεμέλια, eodem secundo repetitum ut rem magis emphatice exprimat et idem quoque innuit illo verbo iterato in Hebr. מוּסָד מוּסָּד i. e. fundamento fundatum, ut quàm solidissimè fundatum intelligamus. Sic etiam ipse S. Petrus (quem Papa fidei professione ansam CHRISTO q; substituit) illa Propheta verba citatur in 1 Epist. c. 2 v. 6 ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον i. e. Ecce colloco

in Sion lapidem angulos tuentem, electum, in honore & precio habendum. *Nullam hic facit Apostolus mentionem fundamenti cujusdam alterius, sed Lapidis solum illius ad angulos positi, qui fundamenta praestare debeat utrique domicilio longe firmissima ac tutissima. Quod autem S. Paulus ad Ephes. 2. v. 20 docet, nos ἐποικοδομηθέντας ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, hoc significatum voluit, nos ad templum DEI sive Ecclesiam aedificandam amplificandamque vocatos, veluti superstructos ac coagmentatos in ipso illo fundamento, quod professi sunt omnes οἱ [illegible] ἅγιοι [illegible]. Itidem B. Ionnes Theologus in Apocal. 21, per illa duodecim fundamenta Civitatis sanctae nihil signat aliud, quam duodecim Apostolorum voce ac ministerio propagatum esse per universas terras Evangelium, eorundemque beneficio, (Domini cooperante gratia) fundatam esse atque extructam illam in Orbe Urbem DEI amoenissimam Ecclesiam. Pudor ergo est, istactam ex nullo fundamento tantam rem tam procaciter negare. Sed pergemus in exegesi nominum Papalenses.*

6. *Salutari cupit* Pastor Ovilis Dominici, *& quidem (ut Petrum inter Apostolos solum fuisse scribit, lib. 2. de Roman. Pont. c. 12.)* Ordinarius, *quum solus CHRISTUS sit Pastor ille bonus & summus Joan. 10. v. 11. 14. & 1. Pet. 2. v. ult. & cap. 5. v. 4.*

7. Rector Domus DEI: *quum ut item sit ipse CHRISTUS, verbo & Spiritu suo regens ac gubernans Ecclesiam suam. Ioan. cap. 16. v. 13. & cap. 17. v. 17 &c.*

8. Pater & Doctor omnium Christianorum, *atque ea causa Romana Ecclesia ipsis vocatur Mater & Magistra*

*gistra omnium Ecclesiarum, ex Concil. Lateran. Quum tamen unus sit noster Magister & Dominus* CHRISTVS, *Matth. c. 23. v. 10.*

6. Sponsus Ecclesiæ *gestit appellari, plusquam contumaciter atque effrenata impudentia. quum soli* CHRISTO *hoc conveniat Epitheton. Ioan. 3. v. 29. Matth. 9. v. 15. & c. 25. & item 2. Cor. 11. v. 2. &c.*

*Hunc titulum Papa* GregorIVs X. (*Ecce formalem nominis Antichristiani numerum, VI. qui iterum atque iterum per X. excrescens perficitur*) *in ipso Concilio Lugdunensi recepit. Sicuti ibidem quoque solenniter sancitum est principale illud & longè usitatissimum nomen,* Vicarius Christi. *Atque eius nominis splendor ipsorum etiam adversariorum quondam oculos perstrinxit, ut confiteri eos suppuderet, esse Papam Ecclesiæ Sponsum. Ideo si quando meminisse cogeret, ore semiclauso, quasi pultem ferventem continentes, verba presserunt. & mirum quam hypocritarum est pudibundi usi, non dixerunt id quidem ipsi, sed a sanctis fortiores Patribus adductum, quod in dictum esse non posse, approbarunt. Eius rei vide Lector exemplum in D. Ioan Eckio, qui in libro 2. de Primatu* PETRI *adversus Lud. cap. 37. quum in id Problema incidit, ita mellis peruncto os cuncti abundem rescat dictis:* Quamvis dulcis IESVS sit verus Sponsus Ecclesiæ, & omnium fidelium caput, tamen oportet ad sic caput ministeriale, quod nobiscum convertitur, quod possimus accedere, & nostras necessitates ei exponere. Hoc est Papa Romanus Pontifex, successor Petri, Domini IESV CHRISTI in terris Vicarius. *Attende quæso Lector, Quamvis (inquit)* IESVS *sit verus Sponsus Ecclesiæ, & omnium fidelium caput?*

F His

*Hic jam volebat, & ex concepta opinione debebat inferre.* Tamen etiam Ro. Pont. est Ecclesiæ Sponsus, si non verus (*hunc enim ipse ultro concedit esse* CHRISTVM) saltem substitutus, secundarius seu Vicarius. *At nusquam eum ita loqui, cum pudor eu conservata conscientia tamen reliquam, cum res ipsum absurditas.* Sed, tamen (inquit) oportet adesse caput ministeriale, i. e. Papa. In se, *ut Talpa. Probetur prius, Papam ejus esse generis, qui ad regulam* CHRISTI *quadrat isto ministerio, deinde cætera videbimus.*

*Emblematis loco hic mihi fas sit inserere, quo pacto Iesuita noman istud sive titulum Pontificis defendat. lib. 2. de R. P. c. 31. col. 340* Sed objiciunt (inquit) aliqui Bernhardum, qui in epist. 237. monet Eugenium Papam, ne se Ecclesiæ Sponsum existimet, sed Sponsi amicum; & quod absurdum videtur, ut Vicarius regis reginæ Sponsus dicatur. Resp. Sicut Papa dicitur Caput, Rector, Pastor Ecclesiæ, loco CHRISTI, ita etiam dicitur Sponsus, loco CHRISTI, sive ut CHRISTI Vicarius & Minister. Nam verus & principalis Sponsus Christus est, ut dicitur *Iohan. 3.* Pontifices autem dicuntur Sponsi, quia cooperantur extrinsecus in generatione filiorum, tanquam ministri Verbi & Sacramentorum, & filios non sibi, sed Christo generant. Bernardus ergo solùm admonere intendit Pontificem, ne se principalem sponsum arbitretur. Et (*audite, auditu Sutores*) quanquam absurdum est in carnali generatione regem juvari à Vicario, & unam dici multorum sponsam, tamen in spirituali non est absurdum. *Hæc ille. ... prob. Summe*

*DEVS!*

*DEVS! Solum hoc ferre, Solem hunc videre sustinere tam fœdum Bellnam, qua in Sanctum Filij DEI altissimi thronum sese Luciferano fastu elatum infestat atque involet: imò thalamum quoque (horrendum dictu, audituq; etiam) sic quasi urrhenus, & cruralem obtrudat substituatq; Tam autem homines tam nullius frontis, tam profligata mente, tam perdita fidei & conscientiæ reperiri, factum qui probent, qui publicè tueantur scriptis, & Orbi commendent! Sed quid non exeranda Antichristi perfidia, & impia ejus assectarum Iesuitarum temeritas designat?*

*Age verò interim accuratius atq; examinemus tam bellè argumentatorum nostri responsionem. Concludit nempe, Pontificem ex sententia Bernardi non prohiberi, quominus se Ecclesiæ Sponsum existimet, modò principalem: idq; hac ratione. Quia itidem dicatur caput Ecclesiæ, Rector & Pastor. Vide, obsecrò, annon principium Iesuita petat. Atque enim ambigitur id, & quæritur, quo jure se Papa vicarium Ecclesiæ caput, Rectorem & Summum Pastorem nuncupet. Ideoq; sic progrediendum erit ex hypothesi:*

Sicut Papa dicitur Caput, Rector, Pastor Ecclesiæ, loco CHRISTI: ita etiam dicitur Sponsus loco CHRISTI, sive ut CHRISTI Vicarius & minister.

*Assumo jam.* Atqui Papa sic dicitur Caput, Rector, Pastor Ecclesiæ, ut Antichristus, ut sacrorum proditor, & prædo gregis Christiani. Ergo Eodem quoq; modò, eâdem fide, dicitur Sponsus Ecclesiæ, scilicet ut Antichristus, ut sacrorum proditor, ut [illegible] & turpissimus impostor sanctæ DEI Ecclesiæ.

*F 2* *Major*

*Major ipsim est Bellarmini vera. Minor etiam veritas patet ex antè dictis. Sequitur ergo vel ex solâ isthac appellatione, qua Pontifex dicitur Sponsus Ecclesiæ, ut ex magno lenone, ita bene rectè æstimari ac deprehendi ipsum Antichristum.*

*At verò neglectis istis ante-dictis, negabis tamen (scio) Bellarmine assumptionem nostram, & oceanus antiquam illud* Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo. *Item,* Tibi dabo claves regni. *Denique,* Pasce oves meas. *Respondeo Nihil dicis ô bone. Verissima sanè sunt illa verba CHRISTI, dum Petri fidem mirificè probans, isthac etiam magnifica promisit. Accepit etiam claves Petrus, & pavit supremus oves CHRISTI, h. e. fideles in Iudæa & Galilæa, quas ipse CHRISTUS hactenus coram paverat Verbo, & miraculis confirmaverat. nempe vernaculas illas oves de domo Israel, quos & filios vocat, Matth 15. v. 24. 26. & proprias Oves, Iohan 10. v. 3. 4. 14. 16. Idcircò S. Paulus B. Petro Evangelium & Apostolatum Circumcisionis concreditum memorat, ad Gal. 2 v. 7. 8. Et ipse Petrus ad Iudæos advenas, per Pontum & reliquas Asiæ partes dispersos Epistolam scripsit. Cæterùm ostendatis, & omnes isti Vicarii & Primatarii, ubi vel Petrus ipse sibi, vel Paulus, aut quisquam alius Apostolorum, Petro primatum dignitatis & gradus supra inferiores (Nam eorum aliquem inter pares concedimus: vel quod senior esset Petrus, & authoritate præditus, δοκῶν ἀναι τι, Gal. 2 v. 2. 6. vel quia CHRISTUS eum ob præclaram illam fidei confessionem novo nomine & præsenti Clavium munere seorsim dignatus erat ) at supra inferiores, inquam, ubi ullum et quisquam è CHRISTI schola primatum tribuerit: id ostendatis, oro.*

ero *Dicatis quicquid velitis, mentiemini: & ipse vos mendacij arguet B. PETRVS, si audiat. Sic enim loquitur, 1. Ep. c.5* Presbyteros inter vos (*inquit*) obtestor ego compresbyter, *ὁ συμπρεσβύτερος non dicit ἐγὼ ἀρχιπρεσβύτερος; multò minùs ἐγὼ ...ὁ ... i. Ego Vicarius ille CHRISTI. Perlegantur & sequentia, quorum singuli penè apices te ò Romane Sathan redarguerant.*

*Inquiunt* Oportuisse omninò inter ipsos statim Apostolos esse unum aliquem præcipuum, seu (*ut loquuntur*) Prælatū, ut schismatis tolleretur occasio. *Scilicet ergo nulla fuit unquam in primitiva illa Ecclesiâ Apostolorum ætate dissensio, aut contentio, quia eam Petrus cognosceret & componeret. Qui factum igitur, ut quum in Corinthiorum Ecclesia alius se Pauli esse profiteretur, alius Apollonis, alius Cephæ seu Petri, alius denique CHRISTI, periculosissimo & pleno superstitionis errore, quo factum (inquam) ut non ad Petrum statim ea sit delata quæstio, vel ejus saltem autoritate decisa à Paulo? Numquid ignorabat, aut dissimulabat, Petrum esse quod audiret, Petram nempe & fundamentum universæ Ecclesiæ? Vtique verò ignorabat id, quod non erat. In actis Apostolorum sanè legimus, ad Apostolorum & seniorum cognitionem & judicium controversias fuisse devolutas, & ab iis decisas: At solius id autoritate Petri tanquam Capitis inter Apostolos factum, non legimus. Act. 15 quum lis & controversia mota esset à Judæis semicredulis, quòd oporteret homines non modò per fidem in CHRISTVM, sed & Circumcisionis ritu & lege Mosis servanda salvari: eius nomine Ecclesiæ ablegati fuerunt Paulus & Barnabas ad Apostolos & Seniores, qui erant Hierosoly-*

*mis. Quando venissent, congregatis Apostolis & Senioribus ea res accuratius tractata atq; expensa fuit. Hic quidem prima legitur Petri, ut senioris & honoratioris oratio, qua confutat illam Pharisaeca religionis fermentum, de recipiendo praeter fidem etiam Legis Mosaicae jugo. Sed cum ea sibi non fuerint partes res plane constituenda ac determinanda, verum Jacobus ille frater Domini rem decidit.* Audite me (*inquit*.) Dictis quidem Simonis de assumto sibi e gentibus populo assentior. &c. *Inde subjungit* διὸ ἐγὼ κρίνω. i. propterea ego judico, & ita censeo, *ut sequitur Actor. 15. v. 19*

*Adhuc haeretis? bone? Audite nostra sententia interpretem gravissimum D. Cyprianum, qui floruit circa annum C. 250. Is de simplicet Praelatorum scribens, ita sentit.* Hoc (*inquit*) erant utiq; & caeteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio praediti & honoris & potestatis. *Idem lib. 1. Ep. 3. ad ipsum Cornelium Episcopum Rom. scribens, vehementer improbat, Rem censura Episcoporum Africanorum dijudicatam, ad ipsum de novo decernendam transferre.* Nisi paucis desperatis (*inquit*) & perditis (*Audite hoc vos Papae, & qui estis uni glue?*) minor videtur authoritas Episcoporum in Africa constitutorum. *Et iterum in Concil. Carthagin. sic loquitur.* Neque enim quisquam nostrûm Episcopum se Episcoporum esse cõstituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem Collegas suos adigit. Quilibet enim habet potestatis suae liberum arbitrium. *Certè non dubitamus, si eâdem tunc fuissent potestate Romani Pontifices, qui nunc, ipsum Cyprianum continuò haereticum publica bulla proclamassent, aut igni cremandum tradidissent.*

Sed

*Sed redeamus ad institutam telam nominum Papæ.*

10\. Vocatur Apostolicæ Sedis Præsul, *non solum sedem Apostolicam tenens, sed etiam principatum. Apostolica Sedis, caput mundi dictus etiam Apostolatus, ex Concil. Chalcedon. Quum tamen Apostoli non habuerint fixam aut certam sedem, ubi publicis studendis olerentur, sed in Orbem universum ire iussi postquam* CHRISTO *meruerunt, atq; Ecclesiam colligerint quocunque vel Spiritus eos impellebat, vel* CHRISTI *amplificando nomini & honore conducere credebantur. Marc. 16. v. 15 Ioh. 17 v. 18 Actor. 1 v. 8 &, 1 16. v. 6. 7. 10 &c.*

11\. *Denique appellatur* Episcopus Universalis *seu Archiepiscopus* & Universalis Patriarcha. *Quum solus* CHRISTVS *sit ἀρχιποιμὴν & animarum nostrarum. 1 Pet. 5. v. 4.*

*Hoc nomen Gregorius ille Pontifex ipse iam olim profanum esse, sacrilegum & Antichristianum, vere pronunciavit, lib. 4 ep. 3. & alibi sæpius. Quod autem Bellar. respondet id tantummodo sic accipiendum esse, quatenus reliquis Episcopis ipsum nomen & facultas Episcopalis adimatur, ita ut Vicarij potius sint illius, qui dicatur Universalis: id quàm sit ineptum & nullum plane momenti ἔχον, nemo non videt.*

*Quare quum hoc & huiusmodi alios quæ soli* CHRISTO *Domino nostro competunt, titulos ac nomina sibi tribuat, ac tribui patiatur Rom. Pont. profecto satis ipse probat, ipsissimum esse se Antichristum.*

PAPA tamen (*inquiunt*) scribere se solet Servum Servorum DEI. E. Non recte arguis eum Antichristum. 12.

E. Gre-

*B. Gregorius Magnum magnum ille mentitur humilitatem, quondam sic se vocare ausus est, qua fide, vide apud ipsum Bellar. lib. 2. de R. P. c. 7. col. 630. videlicet ut qui regeret ac præsideret modo Servis DEI, h. e. qui imperaret omnibus, pareret nemini. Eodem sensu etiam Imperatorem sese nominabat servum. Quod tamen Bellar. partim ex humilitate, partim ex necessitate factum interpretatur, quia scilicet imperatoris ope & amicitiâ tum vehementer indigeret lib. 2. c. 28. col. 325. Alioqui minimè eisset imperatoris quod inde facilè patet. Nam quum ab Imperatore Gregorius simplex appellatus esset, non tacuit, gravem sibi injuriam eo verbo esse factam, quum idem stultus & fatuus significare viderentur. ibid col. 820. Neque sanctissimi illi Patres, quotquot Gregorio successerunt, minus intelligere viderentur, quam in Ecclesiâ personam gererent, & quas sibi ab ipsis Imperatoribus reverentia deberetur, istum titulum, ut vilem abjectumque contemsere ferè, & vix unquam usurparunt: nisi quatenus Gregorianam placeret imitari hypocrisin. Idque adhuc faciunt Romani illi Præsules, quum bullas edunt, in quibus usurpant ac solenniter (insolenter volui dicere) ipsi sibi tribuunt hunc titulum. Atque id Jesuitam videsse vaor, quando inter quindecim illa insignia Papæ nomina, nullam fecit istius mentionem. lib. 2. c. 31. Et sanè manifestum commisit ille fanaticus Hypocrita (ignosce verbo quisquis es Gregorianæ fautor humilitatis. Nam gloria DEI agitur. & qui cognoscam arborem meliùs, quàm de fructu?) manifestum commisit, inquam, sacrilegium Gregorius, ist hoc usu, vel potius abusu tituli sibi insigneque DEI FILIO in sæcula benedicto contumeliam pariter & injuriam fecit. Enimverò quod Moro-*

v. 3 P.

v. 25. dicit Salvator · ἐάν τις θέλῃ πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος καὶ πάντων διάκονος. Item c. Matt. 20 v. 26 Certe qui eum primum non iubet quemquam inter discipulos affectare principatum quoquo modo deinde ambitiose prescribit omnibus in genere methodum quandam praecipua dignitatis consequendae, si scilicet certent inter se meritis & charitatis officiis; non si ut mutuo honorarent, quod faciebant Pharisaei & Scribae, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητοῦντες; Iohan. 5. v. 44 Quod si ergo maxime respexisset Salvator ad solum Petrum, quid tamen aliud sequeretur, quam Petrum debere caeteris esse modestiorem, humiliorem, officiosiorem? Id quod maxime sibi laudi ac gloriae coram DEO & sanctis eius (non coram Mundo) cessurum esset. Ex quibus satis constat, quam male hunc sibi titulum Papa Rom. accommodet, adeo ab omni abhorrens humilitate, ut summos etiam Principes, Reges & Monarchas ad sui ministerium & obsequia pedum oscula admittere non erubescat. Inquiunt fortasse, CHRISTUM itidem ad sacra pedum suorum oscula admisisse Mariam Magdalenam, & Simoni haud idem facienti exprobrasse. Imo hoc est id, quod dico: CHRISTI ut hominis omnium pauperrimi, contemptissimi, afflictissimi humilitatem, nulli mortalium, sibi tribuit, hoc consilio, ut eiusdem Regis, Sponsi, Capitis arrogat sibi locum ac dignitatem, nullis communicabilem, Pontifex Romanus. Quid ergo est, si non Antichristus hic est?

At cur non in vulgari illo ac trito nomine (PAPA) aliquid messe ostenditur, quod Antichristum arguat? R. ἀλλ' ὅμως hoc est nomen ac g. ἀριθμὸν, infensae Bestiae numerum prorsus ignorans: ad quietiam

 rum,

*ctiam, Leguminè glorisissimum Antichristo nomen. Nam & heri et omnem generaliter usi videmur, & infantes nostri, parentum sacra incipientia, ad de patribus aut aliisque senioribus usurpare blandiendo solent, nunquam ad Pontifice Rom tribuitur: quem si cernerent triplici corona, & Tyrio fuscatum murice palla sufiguem, ac claue insuper vt illius clava minantem Herculem, ac immanibus ingeminantem, ut Manducum refugerent potius & abhorrerent, quam amarent aut ambirent.*

*Quod si forte alludant, qui hoc nomen isti Belo tanquam sacrum tribuunt, ad vocabulum Syriacum ABBA (quod ter inuenitur in N. Testam. Patri, caelesti attributum) blasphemiae notam non effugiunt. At vero quid ad veterem illam Romanorum scripturam se referant, Pa. Pa.: quo significatum volueruut* Patrem Patriæ, *non est. Neque enim ipse Pontifex Patrem tantum urbis sua, unde ortum ducit, aut in qua degit & fouetur,* Patrem *se dici vult, sed totius Orbis Christiani: neque ei quicquam iure tribuat honorem & nomen Patriæ, siue assertori Italiæ, & summi Imperii Romani, quippe quod scandalosum consiliis & machinationibus ad se transtulit, ne dicam rapuit. Quid autem? Ad se traduxit quatam Imperii Roman. sedem? quid ni etiam illam Imperatoria maiestate dignam appellationem Papa sibi vendicet? Nisi potius placet, Papam dictum esse, q.* Patrem patrum. *Sic enim monet iste versiculus, quem tum alterum gerente Papa Johanna, anno C. 853 Daemonum Consistorio prologuutum esse scribitur:*

Papa pater patrum Papissæ pandito partum.

*Iuuat hic obiter commemorare de Papa Fabiano, quod historici tradunt, eius capiti insedisse columbam, quam*

*quum de Episcopo eligendo ageretur. Interpretati ad sunt Patres conscripti, velut augurantem Spiritus Sancti, hunc Fabianum ad illud munus designatum, Q d. α̉ὐ ϕα̃ θέλει, id est*

Mittite: qui placet, & sacræ quem quæritis ædi

Præpositum, Patres, hic Fabianus erit.

*Verùm procul dubio Φάσμα quoddam sive spectrum fuit Satanæ, in istius hominis simplicitate atq. apparente humilitate, suo ipso suo astruenda Sedis Antichristianæ instituto praestam quarenti, atque hoc annum mediorem & agentem, quod versiculis his uno γράμματα avadigna loquuntur.*

| | |
|---|---|
| a | 5 |
| m | 1 |
| m | 1 |
| d | 4 |
| a | 5 |
| i | 10 |
| Φ | 500 |
| m | 1 |
| C | 2 |
| i | 10 |
| m | 1 |
| ν | 50 |
| a | 70 |
| s | 6 |
| | 666 |

ROMA TETRA MALA PAPA PALAM ARTET AMORE.
SOLAMEN MISTI REXERIT OMNE MALOS.

*Quasi diceret: Hic commodum erit locus, hac mea Babylon, hac adeò illa Thais, cujus occasione undenâ, amansisse illecebris & amore captus ac dementatus Papa, è sacro Pastore mihi in mercenarium degeneret vulpeforem, ut cui prada tantum sit ac libidini Ecclesia, palam veluti triumphanda, postea quam omnia ab impiis malis artibus (sub specie familiarum, sex nomine Vicarium CHRISTI) evicerit, & ad se unum traxerit. Fuit autem hic Fabianus successor Antheros (dicti qs: ante hetum, ἀντὶ ἔρωτος & χριστοῦ) qui post extallum mensem extinctus est, anno à nato CHRISTO 237, & sedit annos 14. ipso annorum numero decimum quartum à se futurum designans.*

Pontificem Sylvestrum, qui donato sibi à Constantino Magno urbe Roma & totius Italia, omniumq; occidentalium provinciarum imperio, Sedem istam Petrinam constabiliturus esset. ac velut immotam redditurus à in adeo tum sublato eo, cujus præsentia ceterrimo Ro. Pontificum instituto obstiterat hactenus. 2. Thess. 2. v. 6 & 7.

Quæso te, siste paulisper, amice lector, siste gradum. Rem scio à nonnullis doctis jam ante notatam, sed à mille non observatam. In Evangelista Ioanne cap. 10. v. 8. Salvator inquit πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί, &c. Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones. Lectio hæc vera est, si omnia conferas exemplaria Græca etiam apud ipsos Pontifcios impressa, excepto quod Benedictus Ariomontanus contaminavit, ubi Græca Latinis (si Musis placet) impressit. Hunc solum vide omisisse verba illa, πρὸ ἐμοῦ, in gratiam suæ religionis, & Papæ Latini nomine πρὸ. Sed & Beza monet, in septem exemplaribus (quæ à 7. profecto puto collibus, atq; hoc ipso suspecta) eadem illa verba omissa sibi visa fuisse, quæ in reliquarum editionum nulla desiderantur. At quæ tamen malum genius effecit, ut in omnibus omnino antiquatis, quam D. Hieronymo ascribunt, versionis Latinæ editionibus illæ duæ dictiones, ante me, desiderentur? Animadverti id ego primum in exemplari meo, quod ex officina Frylingeriana Basileæ prodiit, anno 1578. Indignitate rei commotus, in typographi negligentiam admissi culpam rejiciebam primum. Postea verò quam & alia inspicerem diversis locis & temporibus impressa exemplaria, & imprimis illud, quod ex judicio Theologorum Academiæ Lovaniensis, facta diligentissima colla-

*collatione aliorum exemplarium, antiquitatum, 200, 300, 400 imo plusquam sexcentos annos (ut habet Praefatio) impressorum, confectum est in folio, atque impressum Antuerpiae, anno 1570 hic vero certior demum sum factus, nulla apud Catholicos extare exemplaria Latina, quin ad unum omnia sic habeant. Et quid autem suspicamur esse, cur istud verbis* CHRISTI *mendum induxerit Satanas, consentientibus omnibus Romanae Cathedrae patribus, adeoque veris plerisque Christianis approbantibus? Causam oportet subesse profecto non levem. Hoc quidem est extra omne dubium.* [illegible] *In paradiso primos nostros parentes circumveniturus, sic arguebat* DEVS *neque permisit vobis & concessit totius horti usumfructum: quidni ergo etiam fructuum quolibet? Nequiter omittebat impostor, ac dissimulabat id, quo in erat omne rei momentum,* excepta una arbore. *Consimiliter in tentando* CHRISTVM: Angelis (inquam) te custodient, quidni ergo tuto hinc praecipitas? *Omittebat promissi conditionem,* in viis tuis. *Itidem veterator iste callidissimus hic agit in re manifesta. Legebant enim, & adhuc legunt per universum Orbem dicti in Graeca lingua verba illa,* [illegible], *praedicto loco. Et tamen potuit ea eludere e Latinis Biblijs. O versionem illam, quam Papa tantum potuit in Ecclesia probare, impune excludere, ut ne (quod Graecus habet textus) legeretur,* Omnes quotquot ante me venerunt, sed, Omnes quotquot venerunt. *Reddebatur hac pollo oratio* CHRISTI *anceps & dubia. Quia quum pridem ante venerat Ioannes Baptista, tum etiam olim venerant Prophetae. Esti interim non ignoramus, quid de verbi* [illegible] *proprietate hoc loco moneat Theophylactus,*

*Hic, inquiens* ἔμπροσθέν, φησι, ἤρχου ὡς ἐμπροσθέν-μου ... *Attamen illa verba*, πρὸ ἐμοῦ, ante me, *disertè perstringebat Salvator eos qui extra mandatum* D E I *venirent, ut ipsi* CHRISTO *se praeponerent, aut aequipararent, quocunque loco & tempore Satanas agitur, quum male sibi metueret de Vicario suo*, Prochristo *sive* Antechristo, *quapropter illud* (ante me) *expungendum duxit, neque hominum Latinorum (Valuerat autem vel aliam versionem Lat. admittis, vel in aliam linguam cuique gentis vernaculam transferret S. Biblia) furtum animadverteret; nec Papam* πρὸ ἐμοῦ, ante Christum, ..., *h e pro* CHRISTO *seu vice* CHRISTI *sese Ecclesiae obtrudentem, ipsum esse* Antichristum, CHRISTI *ipsius & Apostolica voce calamoq; designatum, olfaceret aut agnosceret Homo, quo nec absolute illa de Fabis confabula.*

IV. Porrò licet plures extent nomenclaturae seu appellationes Romani Antichristi *Tamen non necesse est omnibus istis portentosis nominibus inesse numerum illum Antichristicum. Sufficit enim, si vel in uno saltem inesse monstretur, quod praecipuè hic productum volumus*, Vicarius Filii DEI; *quippe quod κατ᾽ ἐξοχὴν habet Antichristus quem maximè idoneum. Nec tamen eundem numerum refert alter titulus quem et sibi proprium item vendicat, ita non minus gloriosum merito ducat Pontifex :* orDInarIVs oVILIs Christi Pastor, *quae postrema vox numerò tantum est quum nullum in se contineat numerum. Etenim adeò ... est a tam sancto pascendarum ovium* CHRISTI *munere Bestia illa Babylonica, ut earum lacte potius emulgendo, quae fusco subducendo, imò sanguine exhauriendo inhiet,*

hict, & si modo ipsum pascendo, insanam libidinem nunc explent. Quid tamen impedit, quò minus & tertiamus, quasi cognomen, in triplicem honorem Coronæ afferamus, videlicet DVX CLerI, Qui titulus aquipollet ei, quem Bellarm. inter alios recenset l. 2 c. 31. allegatum ex tomo 1 Concil. ubi Papa dicitur Princeps Sacerdotum. Namq; universum Ordinem suum Papistæ solenniter vocant Clerum quodq; dictu foret omnes in ... ad ipsum aptem Flamini Summo omnium sese atque obsequium attemperent. Vide Bellarm. Præfat in libb. de Memb. Eccles. Militantium, ubi expressè Clericorum Ducem vocat Rom. Pontificem. Scribe etiam (si placet) Hebraicè [illegible] (Clerum antiquè, ut Menandro Ter. pro. dec.) Quod si fortè (ut pertinacia sunt Romanensium ingenia) nomina in voce divisionem censentur, & omnino simplicissimam requirant Antichristi appellationem, en tibi confectum literis Latinis, quamquam dare non erat opus, nec adeò prima nota (quale jam diximus) plura duxe in promtu sitam: dabimus tamen adhuc aliquid, idq; unica dictione & pura numeri significativis constans elementis. hem tibi CLIDVX, a clava ducenda vel habendâ. nam Græcè est κλειδοῦχος. Longè hac quidem illustrius eo, quod Bellarm. ex Ruperto adducit, DIC LVX (quum nea nusquam est dictio) quasi Antichristus nova lux & creationem molitur sit. quia ponat ille sibi suos paludes potius stabilietq;. Metuo enim, ne ... opinetur, ad Stygias paludes, Acherontem ... præcipitat, cum universo Clero suo, longeq; Sacerdotum agmine, nisi conversi fuerint, dum in viu sunt.

| | |
|---|---|
| D | 500 |
| V | 5 |
| X | 10 |
| C | 100 |
| L | 50 |
| I | 1 |
| | 666 |

| | |
|---|---|
| ד | 4 |
| ו | 6 |
| ק | 100 |
| ש | 300 |
| כ | 20 |
| ל | 30 |
| ר | 200 |
| ו | 6 |
| | 666 |

Verum

Verùm, enimverò unum adhùc desiderari posse, meritòq; requiri videtur, nempe ut Germani nostri in suâ quoq; linguâ habeant symbolum quoddam, Latino respondens, quo Rom. Antichristum per omnes numeros agnoscant: en de 1 Verwalter der Kirchen (w
in duo v v resoluto) i. Dispensator seu Procurator Ecclesiæ. Interpretatur nempe hoc nomen illud, quod Bellar. inter alia quoq; adducit supra dicto loco, Rector Domus DEI. Ecce iterum germanum Rom. Pontificis nomen, quo se quondam, stantibus rebus, & durantibus apud nos idolomaniæ suæ orgijs, appellare dignabatur. At vide amabo (φιλαναγνῶστα) qualis sub isto Babylonico at fratice Buso, quam teterum sub hoc speciosò nomine monstrum lateat! Elice primum ex ade sacrâ Servum (adsumens expressâ voce, quæ officium designet, literâ crucem repræsentante) Knecht. Hinc Articulum der/ è Genitivo fac esse Nominativum Pronominis relativi, Qui. Postea, quum universalem audire cupiat, assume vocem All/ i. omne. Deniq; restat jam verbum ex duabus extremis dictionibus colligendum, quod effectum illum Servi explanabit, verwirre. Habes ecce integrum egregij istius Administratoris Ecclesiæ Symbolum, Knecht der al verwirre/ hoc est, Servus qui omnia tricis involvat, seu, Mancipium omnia turbans, Quem turbatorem Servum procul dubio notat Salvator, Matth 24 v 48.

| | |
|---|---|
| v | 5 |
| vv | 10 |
| I | 50 |
| D | 500 |
| i | 1 |
| c | 100 |
| | 666 |

Hem tu (inquient) quid tandem perturbat noster ille Procurator Papa? nonne potiùs ordinat omnia? Ipse loquitur audite: Der Welt Reich verkehr (n sanè abùcatur quia numero Antichristo nihil confert aut detrahit) hoc est Regna Mundi vel everto, vel pro lubidine ductuque meo partior ac divido.

Nam

*Nam quae Romam olim Imperij Romani sedem, sibi vendicat Papa. Quis Imperium a Graecis ad Francos & Germanos transtulit? Dicerem ego, DEVM id effecisse per arma Imperatoria. Sed Papa reclamat, & se fecisse contendit. Imò gloriatur, quòd vacante Imperio sua sit successio, vel novi Principis electio & surrogatio: videlicet suum in eâ re Magistrum ostentans, cujus discipulus minimè degener. Sic enim ille ab illo quondam rugiebat* Regna ista Mundi, quae cernis, & universa eorum gloria, illaque adeò rubentia & candentia terrae viscera, quae tanti fiunt, omnia sunt mea: Quae tibi ego CHRISTE, quasi à me mancto Regi, Vasallo tradam, si prostratus, mea fuerus amplexus genua, meos deosculatus pedes, measque dissaviaveris manus. *Ain' tu verò? (dicent) Nonne sunt oves & oviculae à Petro pasci voluit CHRISTVS? Ita voluit sed quas, & quomodo? declaratum id antè, & notum omnibus fanè. At Pascere hîc est regere, quomodo apud Poetam in antiquum saeculum. Nonne Petro successere Pontifices? nempe ut Manichaei Pontifices: hic Judas, ille Romanus, uterque haereticus. Quid tu tibi vis tandem? inquiet Bellarminus. Nonne fatentur Catholici una ore omnes, jus illud ordinandi & constituendi regna Romano Papae competere? Recte. Nonne CHRISTVS Salvator noster ipse fatetur, Johan. 14. ver. 30. Diabolum esse Principem Mundi? Sed quo jure, quove injuria occuparit Mundum, & quae pacte regat, ad plus suum est notum, & res loquitur ipsa. At haeccine praecipua est turba, quam Papa dat? Vtinam extra Ecclesiam esset, ne tam penitus eam turbaret! Nam dum omnia ad se jura rapit filiorum filiarumque, ita omnium ferè perturbat animos, ut in ipso*

tanquam emouant verum potius Numine stupeant, & ne hiscere quidem conteaudeant. ouust igitur Bruchen Wald Verreter / i. Proditor juris ac potestatis Ecclesiæ, per traditionum sacrarum extrementa, & bruta bullarum fulmina. Plura nunc non addam.

V. Tandem huc (opinor) velut ad sacram ancoram confugient, ut dicant. Papam se scribere ac scribi Vicarium, non Filii Dei, sed CHRISTI.

R. Proditorum verò effugium! Nempe hac Arianismi sese alterò ac manifestè astringant, necesse est, aut Nestorianismo: qui vel Divinitatem (quâ Filius DEI est) Salvatoris nostri detrahunt, vel personam dividunt, alterius modò natura sc. Divinæ præsentiam largientes, & in Ecclesiâ agnoscentes; alterius verò, sc. humanæ (quâ Filius hominis est, & quâ λύτρον pro nobis persolvit) conditionem ad certum in cœlis locum astringentes: ita ut quasi impeditè compedé ende commovere se nequeat, nec quid in terris gerant sciat. Ita planè videntur, qui pro Vicariatu isto sacrilego Pontificum Rom. tantoperè pugnant, sentire: dum CHRISTI ἀρχιποιμένα, à gloriosa ejus resurrectione & ascensione, personam in sua Ecclesiâ sustinuisse Petrum fingunt, ab eoq. deinceps propagatum esse Summi Pontificatus ordinem, perversè augantur. Fallor autem? an eò vadit Spiritus ille mendax? sicubi Vicarium se Filii Dei dixisset Papa, periculum fore, ne qui ex ipso statim nomine ἀντιθέτης suspectio, omen ejus malignitatis disceret, & Antichristum apertè velut in αὐτοφώρῳ deprehenderet? Interim anguis in herbâ latens, vocabulo CHRISTI, ut mollior atque (ut ita dicam) humanior potiùs, quam eo, quod majestatem & religionem plenum, FILII DEI, utendo. Quanquam prope admodum

*endum ab expresso ejus usu abfuit Eccius in lib. 1. de Primatu Petri, cap. 20 ubi inquit.* Summus Pontifex est Vicarius Dei. *Et paulo post terminum* (DEI) *explicat his verbis* Rom. Ecclesia est superior aliis quia Petro ejus Præsidenti Christus Filius Dei, Verbum Patris, dedit Primatum super totâ Ecclesiâ. *Audiamus & Jesuitam nostrum, qui lib. 3 de Ro. Pont. c. 21. col. 932 contra Illyricum disputans, ita loquitur:* Papa, te teste, Vicarium Dei se facit, ac per hoc non Deum. Nec enim Vicarius Dei, Deus esse potest, nisi fingas Deos minores. *Ita nempe inter Deos minores (modo finguntur) locum relinquit Pontifici, eumque faciet principem, imo ipsis summum (ut ita loquar ad morem Suitarum) prorsus parem. Nam inter Ethnicos quidem Deos, nullius erat tanta prædictum autoritate vel potentiâ numen, quin integrum esset Jovi Summo reliquorum facta corrigere, ac fata temperare. At huic Deastro Italico tanta tribuitur à suis Satellitibus autoritas, tanta potestas, ut quicquid sibi in solio pontificio natum atque eductum sit, non possit non constitutum habere ac comprobare Summus ille rerum Arbiter* DEUS DEIque *Filius. Sed ad rem. In N. T. planè Synonyma esse,* CHRISTUM *&* FILIUM DEI, *quum ex mille aliis passim locis palam est, tum satis loquet ex illustri illâ Petri, jam non piscatoris, sed Apostoli per S. S. eruditi, confessione, Matth. 16 v. 16.* Tu es CHRISTUS filius ille DEI vivi. *Verum ab ipso Papamaniaco* CHRISTUM *dici, noster hic ipse satis probat, lib. 5. de R. P. c. 4. ubi primum citat hæc quidem Cajetani verba, colum. 1069.* (A) Sum. Pontifex Christi Vicarius est, & CHRISTUM nobis repræsentat, qualis erat, dum hic inter homines viveret. *Ibidem cap. 4. col. 1072. & 1073* (A) *ipsius Bellar. verba plenius idem*

 *loquun-*

*loquuntur*. Dicimus (*inquit*) Papam habere illud officium, quod habuit Christus, quum in terris inter homines humano more viveret. Neque enim Pontifici possumus tribuere officia, quæ habet Christus, ut DEUS, velut homo immortalis. Quia enim Ecclesia ex hominibus constans, indiget capite visibili, & more humano vivente. Ideò Christus quando desiit more humano vivere, id est, post resurrectionem reliquit Petrum loco suo, qui nobis exhiberet illam Christi gubernationem visibilem & humanam, quam Ecclesia habuerat ante Christi passionem; ut patet ex illis verbis, Ioan. 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, &c.

*Hem autem, quid potest Sophista dicere, ex allegatis Evangelistæ verbis? Num hoc: ut, sicuti Christus ipse, intra discipulos suos visibili præsentia præfuerat, ita ipsi deinceps reliquis per Orbem terrarum sparsa Ecclesiæ visibiliter præsint, eamque tueantur & ornent? Si sic; ergo ad unum Petrum temere restringitur, quod ad omnes æquè pertinet: quia dictum* mitto vos. *At non hoc velle Dominum, meridiana luce clarius patet; quasi, quemadmodum ipse passim comitatus fuerit ac duxerit suos discipulos, visibiliter eos gubernando ac tuendo, ita & hi visibiliter comitentur velut Duces ac Imperatores, omnes Christianæ gentis seu Ecclesiæ copias. Sed hoc vult Optimus Salvator, ut, sicut ipse a Patre cælesti in hunc Mundum missus sit, ad annunciandum hominibus peccato perditis æterni Patris reconciliatis gratiam & misericordiam, ita vicissim etiam Discipuli se missos esse sciant a* CHRISTO, *ad prædicandum Evangelium omni Creaturæ. Id clarissimè patet etiam ex illis verbis* CHRISTI, *quum jam a mor-*

*tuis*

quæ redux ante sunt aliorsum versaretur: Luc. 24. Sic scriptum est, & sic oportebat CHRISTUM pati, & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes. *Hæc ipso cum Sole patent, sine omni nube. At quod Jesuita patere ait, nugæ meræ, nihil ejus patet. Verum ista persequi prolixius, nec hujus est loci, nec mox nunc instituti: ac præterea ἔξω τῆς ἀληθείας λόγος.*

## ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

*Sic ergo Divino beneficio Numinis, fundamentum Ecclesiæ Romanæ, seu regni Pontificij, quod ipse Pontifex est (teste Bell. in Præfat. super libros de S. Pontif.) discussimus, & abominabile nomen ejus deteximus & palam fecimus: ut causa jam nulla sit reliqua, quin Pontificem Rom. ipsum esse Antichristum videant & agnoscant omnes, quos tunc non excæcari magis & errare, quam recta sequi & sapere juvat. Siquidem eos ille gerit titulos & nomina, quæ Antichristo maxime conveniunt, videlicet plena hypocriseos, plena superbiæ, plena blasphemiæ, plena tyrannidos, sive denique absoluta numeri.*

*Quid enim magis hypocriticum, quàm ut qui se dicat* Servus Servorum DEI *quum reverà Dominum se faciat Dominantium? (Annus, quem literæ numerales in isto vocabulo,* SerVVs serVorVM DeI, *exhibent, ipse est, quo beatus Lutherus tam famosè dictis publicè Vormatiæ, coram Imperatore & Statib. Imperij Romani, et hypocrisin Antichristianam ipsius Pontificis redarguit, MD.XXI.) Porrò quid ambitiosius & superbius,*

*quàm unum velle salutari* Vicarium DEI? *quem omnes in Ecclesia Reipub. constitutos, vicem DEI quandam sustinere doceat Sacra Scriptura; primatum verò & summum in omnibus locum nulli concedat homini. Nam detorta illa à verbis CHRISTI malè intellecta rationes ubi [illegible] Patrum quoque plerarumque, plausibili errore speciéque sanctimoniæ seductorum (sit dicto venia) calculos & suffragia pro Summo Pontifice, impunè negligimus: neque ullius in terra hominis autoritatem tanti facimus, ut contra Verbum DEI sententiam audiamus & sequamur. Deinde quid cum blasphemiâ conjunctum majore, quàm* Sponsum Ecclesiæ *sibi postulare? Quidquid etiam hic argutetur Bellarm frivolè distinguendo, mentitur in DEI Spiritum. Quid denique [illegible], quam universo DEI populo seu toti Ecclesiæ superiorem se profitêri, & cum qui à nemine judicari, à nemine deponi possit (Bell. lib 2 de P. R. c. 26 27. & 30. ne injustè quidem & impiè agens: adeo ut si vel infinitam animas transferendum secum traheret, nemo tamen ei dicere posset; Papa quid facis? siquidem Papa est pro ratione voluntas Est verò Bellar lib 3. c 21 [illegible] ad verba illa Canonis ab Illyrico allegata, sic respondet, ut neget eum Canonem esse Rom Pontificum, sed (ut ait) Bonifacii Episcopi Moguntini, Germanorum Apostoli: Tamen ipse interim eum universa Antichristi Synagoga id tanquam rectè dictum comprobat, his verbis* Non negat quidem Pontificem Summum si malè vixerit, esse corripiendum atque admonendum ex fraterna caritate, sed negat posse argui ex auctoritate ac judicari, cum ipse sit omnium hominum judex. *Hinc lapide utitur dilemmate*, Quæro (*inquit*) ab Illyrico, ve-

…ro, verùm sit S. Bonifacii Germanorum Apostoli sententia, annon.? Nam si vera non est, cur nobis obiicitur? Si vera est, cur non recipitur? Dicam id ipsum planius. Si vera non est ea sententia, non igitur verum est, Pontifici plurimas animas tecum ad inferos trahenti non posse dici, quid facis? Si vera est, igitur verè caput est Rom. Pontifex omnium Ecclesiarum, & cunctos judicaturus à nemine est judicandus. *O strophas Satanæ! Si quæris mentem Bellarmine, verum nomen, quod dixit (te referente) Bonifacius, quisquis is, & quicquid tandem fuerit: etsi vel Angelus de cœlo fuerit quin ingeniosè mentitus est, in gratiam sui Idoli, quod Antichristum esse ipsum miser haud agnovit, erroneâ opinione sanctitatis Pontificiæ efficaciter delusus ac fascinatus pedibus iens in consilium Cathedræ malignantium. Tum verò etiam (flagitiosè, unquam mentitus est) in insignem contumeliam JESV CHRISTI FILII DEI, cujus hoc edictum extat apud Iesaiam, cap. 42. v. 8.* Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus. *In infernum autem deducere ac mortificare, juxta & vivificare, cujus est obsecrò, nisi DEI solius? teste B. Annâ, 1. Samuel. 2. vers. 6.* Dominus (inquit) mortificat & vivificat deducit ad inferos & reducit. *Quapropter quum id, quod DEI est, unus Rom. Pontifex vel sibi tribuat ultro, vel ab aliis impiè tributum sibi agnoscat, quamque adeo DEI Opt. Max. gloriam (quam ille perpetuò sanctam vult esse atque illibatam) carpat, ac proximo gradu sibi, tanquam summo & præcellenti vendicet, non secus ac si diversum cum ipso Altissimo impe-*

rium

*venim habeat proinde te super DEVM & omnia sacra per ẽ, adeò bestam illam æternæ salutis vitaq́ spem te obtestor Bellar vide, judica, dic, enuntia, annon est ipsissimus, Papa vester, Antichristus? Nam fallet profecto, fallet vos cum æternâ luctu & ignominiâ spes atq́ exspectatio vestra, si deinceps alium apparentem aspiciatis ... Similiter ut Judæos sua spes & opinio frustrabitur, quâ ... sive ... moderantur. At ne vivum, ne ita est Quemadmodum isti olim exspectando Messiam præsentem neglexerunt atq́ obstinatè contempserunt Sic vos Pontificii, alium Antichristum circa extremum Mundi finem venturum dum exspectatis (eumq́ fictum ac nothum, i falsum) præsentem verum atque neglexistis, vosq́ in ejus detinetis carcere compedibusq́ non animadvertitis miseri. Scilicet aversabantur Iudæi CHRISTVM nostrum, ut nimis simplicem, minimeq́ politicum ac strenuum. Amplectimini vos Antichristum imperdentes, & colitis, ut nimis religiosum & sanctum, maxima præditum autoritate ac potestate omnium & singulorum. Exspectatis ergo quidem utrique sed quid exspectetis aut exspectare debeatis, certè nescitis. Exspectant Iudæi CHRISTVM, sed eum nunquam videndum, nisi tum, quando ad fore majoribus ipsorum coram prædixit ipse Salvator, Luc. 22. v. 69. Exspectatis vos Antichristum, quum debeatis jam singulis momentis exspectare CHRISTVM, ad jus universi terrarum Orbi dicendum, sententiamq́ extremam promulgandam sese accingentem Reverà enim dies ille novissimus & hora appetit jamq́ præforibus est, quum DOMINVS de cœlis degentem istunc Servum, malum famulitij adeuq́ Dominicæ Dispensatorem, ... ac turbatorem,*

rum, inopinato adventu opprimet, fulmine caput ei di-
videt, partemq; eius cum damnabili reproborum sorte-
naponet Luc. 12. v. 46. & Matth. 24. v. 51.

Quare sapiant tandem, quotquot unum nondum exspuere cerebrum, ac relinquant, abnegent, abominentur Antichristiani societatem Capitis & contra solâ Ecclesiæ Universalis Domini ut Sponso, soli Pomum sua harede, soli domui suæ Rectori, soli castrorum suorum Duci & Imperatori Opt. Max. Iustitiæ Soli & Salutis autori unico, CHRISTO, pareant, obsequantur, adhæreant. Tuq; adeò BELLARMINE senex, age desine tandem, & ad resipiscentiam veni ab errorum barathro resili, pedem pariter illum tuum in Charybdis pene hærentem retrahe, atque abstine à tam impio Pontifice tuo, pro CHRISTI Vicario venditando defensandoq; insistendo & patrocinio: agnosce Ecclesiæ vestræ, tamq; antiquitatis opinione, tumentis Patrumq; sese consensu temere jactitantis, absurditatem, vide, quid Spiritus Sanctus in sacrâ Scriptura loquatur, ac mitte Scholasticorum cothurnos, & avitarum traditionum somnia. Vide, quam super arenam vestra domus (cujus scilicet Papa Rector est) constructa, quantam minetur ruinam, undis ira Draconis ingruentibus, impetumq; facientibus. Quae adorare lacum illum fœtidum, sulphure ac pice flagrantem stygiâ, quem furor æterni Numinis super impios & desperatos hypocritas accendit, ursurum usq; in ævum novissimum. Incumbe tu quoque Roberte Bellarmine, cum omnibus Papistis, tam mala fide possidentibus, olim præceptorem, mature siste gradum, & quo loco salum versetur tuus, circumspice. Quod si omnino perrexeris, & eò re in æternum malum incideris, Ha-

mericne

meticius ille in te conveniens, laudes quae Pallas Aegisthi, sceleratus sua vita ipsius admisse lucentis, poenam apud Iovem comprobat, his verbis Odyss. a.

[illegible]
[illegible]
ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

F I N I S.

Ad Reverendiss. à Papa Patrem, Ec. Rom. Cardinalem,

ROBERTVM BELLARMINVM, Iesuitarum facile Principem.

EN tibi, quale dari pridem Roberte petisti, Denomen, numeris & conditionibus aquum Conveniens q; suis: tantum ergo aquasie nefandum Andedet numen, nec nenesfabile nomen.
Nempe DeI fILIusIe VICarIVs audit, & ipsa Hic se Antichristum plane arguit. an dubitas? en CLaVDIVs iste etiam vester (scelus) athero blandens (Qui si aqVa, non aqua viva, meru sed mortus ab Orcus Vena venena vehens) regna aut letis libera, Coelis Claves in titulo & sanctis vulnera IESV Addat, at à diis etiam terram exscendit pestem, Non ita ab imperio IESV tremenda sacris!
Si pote BELLARMINE, pedem maturius effer E castris Satana si non; Belsal minus una Sub Phlegethonte licet, CHRISTO olim vindice poenas.

ΤΕΛΟΣ

Δόξα μόνω τῷ ΧΡΙΣΤΩ ΙΗΣΟΥ

Quem quum talem Papa negat, qualis ab Apostolis praedicatus est, eo vel maxime Antichristus esse deprehenditur.

APOSTRO.

## APOSTROPHE

## AD SALVATOREM

Nominis sui sanctissimi, in vanum à IESVI-
TIS assumti, Vindicem.

AT Te, doli Sinonem tandem, vindice,
Artes coisse, (ô IESV bone,) & vltrò credulam
Circumuenire agmen facessat isthac
Religiosa colore techna ficto.
Quam fabricarum Plutus sub umbris inferis,
Nonnulla (dixit) machina nostris aptior
Est instituto [illegible] solum (idepto)
Artifices simulare ductus iron
Vobis [illegible] sese stratiota ex ordine
Quidam peneteant, IGNATIVM quem LOIOLAM
Dixere, [illegible] palmam levem petendo,
Sed, suo pede mittendo & [illegible].
Vltrò adfuit, fraudesq; doloso meliens
Gessit, cucullam sumsit, & aeternum sibi
Mensteum est nomen, suos sodales
Participes faciens benigni IESV.
Is claudicans lævum, minimè recto pede
Ad veritatem Euangelij incessit: tamen
Ita molliter minimus librare gressum,
Dissimulareq; claudicationem
Callebat, ut rectum indogrado, & [illegible] in-
[illegible] furaces lateri, exemplo unici
Magistri Petri DEIq; nostri IESV.
Ad superum iter indicatum arcu.

Quid multa? Fenis crevit opinionibus,
Asinus Cucullo, & religiosum nominis
Schema, ut sibi Dignitatis, quod
Ordine sancitur, arrogare laudibus,
In punctum posset. Vicerat hic Satanae imaginem,
Iste Antichristi gloria (fatur) prima erat.
IV Dictumque Factumque, autor en iherem
Praepositum generalem cum effectu oris
Decernit ô Lupopsilo populo illi!
Nam is amore DEI: ede Simon Romae, Solo
Dolos feres, sedula tetra mala
Signifero mihi more singus atan.
Male ferratus ille Savelles Claudius
Romanus, magnam sibi leges complexus
Sagax manum, ac totam suis replevit
Hispaniam Italiamque fraterculis.
Nec instituto defuit acerrimo suo
Pius; hocce momentum fore magnum in Ordine
Cernens, subinde extrusit illum & illum,
Propositis loca ficubus vacarent.
Nam Lojola hunc Lagnesium; iste Borgia
Suggessit. illi Claudius Ignatii vetus
Affecla successit, sumque dudum
In statione usque tuetur acer.
Iudex in horum educta Sophistarum, acrium
Belua locustarum agmina, tanarumque ran-
carum Orbe universum profecta, passim
Virus emeantque, loquunturque ore promunt.
Inde en eo progressus in animis strenuam
Robustus ille, & multa alia, pulchrum quibus
Visum, sua arma pro Antichristo, & isti
Sumere hypocritice nomen Deastri.

Dud

*Pro ignominiamque & fraudem all advectum,*
*Vestita sacra Evangelij, Lutherum:*
*Labore sustinuit, suisque umbris*
*E Stygemque contemei ens tenebriones:*
*At Te dolis Simonia tandem vendere,*
*Ars cessa, ô JESV bone, & hanc Campaniam,*
*Ecclesiam quae tua Monarchum*
*Deprecatur malesuada honore perdat.*

(Distichon recurrens:)

Laus tibi sit pie nunc, IESV, & per secla, Supernû
Alma PATRIS Soboles, Spes unica & auxilium.

*Andreas Helvigius Fridlandensis Megapolitanus.*

# EPIGRAMMA ad Autorem.

*Andreas Helvigius Friedlandensis Megapolitanus*

Αναγραμμ. aspiratione per A mutatâ.

*Romana Larva signa dedit: Lupus lædens se fingit,*

Resolutio.

L*Aurigas HELVIGI vates tua tempora quondam*
*Laiis Aonia viridi redimere corollâ*
*Die dedit Ellrex Musarum Palladum hortus.*

Est aliquid, laudemque tamen; terrena corolla
Scilicet, aetherea non aequiparanda, notare
Iustitiae studio quam Diuus Apostolus audet,
Quamque boni fatur certaminis esse brabeum.
Hoc tecum tacitus mouet sub pectore voluens
Tandemque alteram decus immortale vigoremque
Elysij versans diademata illius, euge
Euge, ais, una mihi pendens depôsita corona est;
Vnus at, & quondam (fragilis quia) dispertiuras
Altera & alterius, quem pagina sacra reponit,
Affectanda mihi quoque copia. Quis vetet ergo
Quo mecum iis iungas, Christi qui signa sequentes
Pectora magnanimo diuinis Flaminis arma
Diros contra hostes generis Christicolarum
Agminis arripiunt, & eorum tela retorquent;
Nec minus assuescam similes tolerare labores
Sacro Mauortis, saluantique fixum tuendo?
Hac tecum Mora nec te retrahit, at cito dia
Ecuto armaine affectus quoddam cadere tentat
Conatus specimen, nec certe vilia tentas
Hoste siquidem LARVAE ROMANAE SIGNA subdidis,
Inde Antichristi quae notas & tempora monstrans,
Ipsum me hercle Caput tumidus quod illum honores
Acris mentes tu Christianis fata minantum.
Scilicet hac hoc est atrox ea Bestia, LAEDENS
Qua quamuis LVPVS ut Christo emptas inter ouiclas
Saeuiat, impigrum SESE tamen atque fidelem
Pastorem vocat & fraudis pia nebula FINGIT;
Ipse ego sum Christi summus ille Vicarius, inquit,
Diuus qui tanquam Petri successor in orbe
Terrarum Christi adam regit & bene pascit ouile.

Rem.

*Rem, dico, magnam tentâsse, quæq; Lycæi*
Nostri ubi Theologis Patribus censenda dabatur,
Ingentis studii magniq; est dicta laboris,
Dignaq; quæ primo mandetur tempore prelo.
*Perge sta sub signis, HELVIGI, fortiter ô Christi contra hostes ensem vibrare sacratum,*
*Et sic caneam (spe non frustraberis) atque,*
*Quod nunc efficis, aliud rete Auspice CHRISTO*
*Laurigerum tandem reddet diadema perennem.*

Vitebergæ faciebat
Samuel Rodolphus Gryphenhag. Pom.
SS. Theologiæ ibidem Studiosus,
anno 1612.

D 8853

SRR
N12<138006767010